



**Dictorum fere omnium:quae de sacramentali verborum  
Coenae interpretatione, & plerisq; alijs partibus doctriae de  
Coena Domini, citari Ex Veteribus scriptoribus solent:  
explicatio**

<https://hdl.handle.net/1874/455982>

# DICTORVM FERE OMNI VM: QVAE DE SACRAMENTALI VER- borum Cœnæ Interpretatione, & ple- risq; alijs partibus doctrinæ de Cœna Domini , citari Ex VETERIBVS SCRIPTORIBVS solent :

## EXPLICATIO

PER CHRISTOPHORVM PE-  
celium, Theologiae Doctorem & Professorem  
in Ecclesia & Schola Bremensi,

Ad confirmandum pium lectorem in  
vera & indubitata sententia scripturae sa-  
cræ, & Ecclesiæ Orthodoxæ veteris :

Et ad defendendam Appendicem Tra-  
status de Cœna : In qua testimonia Patrum  
insigniora de Sacramentali locutione in  
verbis Cœnæ, collecta, & ubi opus  
fuit, explicata sunt.

Quam HERMANVS HAMELMANVS libello fu-  
tilissimo ( cui Titulum ineptè fecit : De Depra-  
gatione , fraudulentia , impostura , falsitate D.  
Christ. Pez. & omnium Sacramentariorum )  
temerario & stolido conatu op-  
pugnare ausus est.

BREMÆ, Typis Bernhardi Petri. 1592.

ANVROTOK

ANVROTOK  
ANVROTOK

**INDEX PRAEcipiVARVM**  
*materiarum, quæ in hoc libro  
tractantur.*

- I**N Præfatione ad D. Grunodium, de petulantia multorum in conuictis spargendis contra Orthodoxos  
De Hunij recenti scripto.  
De Selnecceri fætoribus, quos post mortem suam reliquit.  
De Hamelmanno, quis sit, & cur respondendum ei fuerit.  
Scopus Appendixis, quam Ham. Tractatum integrum de Cœna præteriens ; oppugnandam sibi summis.  
Calumniosa accusatio Hämelmäniaca duplex : quæ si appendix non OMNIA PATRVM dicta: & quæ si NON BONA FIDE citata contineat  
Propositio bipartita Responsonis oppositæ Hamelinatio.  
Quæstiones Hämelm. de capitibus controuersis in articulo de Cœna, & earum explicatio. 6. 7.  
17. 110. 145. & passim totolibro.  
Refutatio primæ accusationis Ham. de dictis patrum non omnibus citatis. 1. 2. 3. 4. 7. 16. 119.  
Refutatio alterius accusationis : Et Confirmatio : Quod singula dicta patrum optima fide citata sint in appendice de Sacramentali verborum Cœnæ interpretatione : pag. 8. usque ad p. 15. & sigillatim in explicatione singulorum dictorum, toto libro sequenti.  
Quod Ham. facto ipso reum se demonstret eorū criminum, de quibus falsò alios accusat. p. 2. 6.  
9. 27. & passim toto libro.

# INDEX

- Explicatio dictorum quae de Cœna Domini citantur ex Patribus in hoc libro.*
- Ignatij dicta ex Theod.** P. 20.  
Ad Röm. 12.  
Ad Ephes. 23. 24.
- Iustini Martyris** 27.  
Contra Tryphon. 28.  
In Orat. ad Anton. 29.
- Clementis Alexandrini.** Ex lib. 2. pædag. 31.  
**Irenæi** ex lib. 4. & 5. pag. 32. 33. 38.
- Tertulliani** ex lib. 4. contra Marc. p. 47.  
Ex lib. de Resurrect. 48.  
Ex Apologet. 49.  
Ex lib. de Orat. pud. iud. 50.
- Cyptiani** ex epist. p. 51. 52. 53.  
Ex serm. de laps. 54. 55. 56.
- Origenis** ex hom. 57. 58.  
**Dionysij Alex.** 57.
- Synodi Nicenæ.** 71. 73.
- Dionysij Areop.** 74. 75.
- Eusebij Emissari** 75. & deinceps
- Eusebij Cæsar.** 79. 80.
- Basilij** 82. & deinceps 101  
**Athanasij.** 81. 95. 101  
**Hilatij.** 85
- Ephrem.** 86
- Hesychij.** 86
- Arnobij.** 86
- Iauencij Poëta.** 86
- Chrys.**

# INDEX.

Chrysostomi ex hom. 83. super Matth.	87
Ex hom. 45. super Ioh.	88
Ex hom. ad Antioch.	89
Ex lib. de d. g. fac.	89
Ex hom. ad I <sup>o</sup> p.	89
Super 2. Corinth. vlt.	90
Hom. 51. in Matth.	90
Hom. 13. super priorem ad Cor.	90
Hom. 2. ad Pop. Ant. & de diuit. & paupert.	91
Hom. 24. super priorem ad Corinth.	91
Ex hom. 3. ad Ephes.	92
Ex Hom. de prod. Iud.	92
Hom. 5. de Philog.	92
Ex opere imperf.	92
Ex Comment. super Ps. 22.	96
Ex hom. 17. ad Heb.	96
Ad Cæl. Mon.	96
Nisseni ex Orat. 1. de resurr. Christi	100
Macarij ex hom.	102
Nazianz. in Orat. ad Cia.	103
Ex Apolog. fugæ.	97
Ex serm. 2. de Paschate	104
Ex serm. in laudem foros.	98
Ex 1. Orat. in Iulian.	104
Ex Orat. de Athan.	105
Ambrosij de ijs qui imit.	107. 112
Ex lib. 4. de Sacram.	108. & deinceps.
Ex lib. de poenit.	111
Super 11. ad Corinth.	111
Super Lucam.	112
In historia Theodosij.	113
Hieronymi super Matth.	114
Super Marca.	115
	Ad

# INDEX

<b>Ad Hedib.</b>	115
<b>Super Elaiam</b>	116
<b>Super Lucam</b>	116
<b>Contra Iouin.</b>	116
<b>Super Malach.</b>	117
<b>Super Sophon.</b>	117
<b>Ad Ruff Mon.</b>	117
<b>Super Corinth.</b>	117, 118
<b>Hesychij super Leuit. 120. &amp; deinceps.</b>	
<b>Augustini super Psalm.</b>	pag. 94. 127. 128, 129, 130, 146.
<b>In Iohann.</b>	94
<b>De vera inuere.</b>	123
<b>Ad Bonif.</b>	124
<b>Ad Euod.</b>	124
<b>Contra Adim.</b>	125
<b>Contra Faustum.</b>	126
<b>De fide ad Petrum.</b>	128
<b>De peccator. mer.</b>	130, 131
<b>Ex sentent. Proip.</b>	132, 136
<b>Ex serm. ad Infant.</b>	137
<b>Ad Ianuar.</b>	138
<b>Lib. de Catechis. r. u. d.</b>	138
<b>Contra adu. leg.</b>	139, 141
<b>De verb. Apost.</b>	139, 142, 143
<b>Contra Petil.</b>	139, 142, 143
<b>De verb. Dom.</b>	140
<b>De temp.</b>	140
<b>De adu. Domini</b>	142
<b>Ad Julian. Com.</b>	142
<b>De Ciuit. Dei</b>	144
<b>Contra Don.</b>	144
<b>Ad frat. in Et.</b>	144
<b>De pœnit.</b>	144
<b>Theodoreti ex Dialog. 148. &amp; deinceps.</b>	
<b>Super</b>	

# INDEX.

Super priorem ad Corinth.	153
Cyrtilli super Iohann.	153
Gelasij	165. 166
Leonis	167. 179. 180.
Gregorij	180. 181
Beda	167. 168
Bertrami	169. & deinceps.
Paschasij	173
Bernhardi	175
Lanfranci.	181

## *Exempla Calumniarum Hamelmanni.*

De Corpore Christi affixo certo cœli loco	p. 19
Quasi simpliciter negetur ab Orthodoxis, quod Eu- charistia sit caro Christi	28
In deprauanda sententia verborum Theod. B. de cor- pore remoto à pane Euchar. quantum à terra cœ- lum remotum est.	22
De nuda figura panis: & nudis signis	47. 62. 98
De præsentia Corporis in uniuersum negata in C. D.	107. 109
Quasi per ascensionem literaliter intellectam tollatur prosperus communio corporis in cœna.	84. 98
In deprauanda sententia Orthodoxorum de adoratio- ne carnis Christi.	91
	p. 152

## *Exempla PARADOXORVM*

*Hamelm.*

Quod Patrum dicta non possint esse testimonia, si ex- pliatio addatur.	17
Quod una eademque forma prædicationis sit, in ver- bis	

## INDEX.

- bis Euangelistæ: Verbum caro factum est. 22  
Quod panis simpliciter sit Corpus Christi. 19. 150  
Quod corpus Christi, non quidem localiter, sed tam  
men corporaliter insit in pane. 152  
Quod corpus Christi substantialiter coexistat ad lo-  
cum panis 39  
Quod corpus C. propriè loquendo in manu ministri  
sit, & in os communicantium iugeratur 54. 87  
116. 174. 175  
Quod corpus C. CONTINEATVR in panis sub-  
stantia 32  
Quod Sanguis Christi substantialiter continetur in  
calice. 52  
Quod nulla ratione comedio fieri possit à nobis-  
quam ore. 100  
Quod res non solum terrena, sed etiam cœlestis, ore  
corporis percipiatur. 34. 36. 78. 100  
Quod impij ipsius corporis Christi participes fiant  
propriè loquendo 42. 67. 68. 70. 127  
Quod altaria necessariò retinēda sint in Eccle. 78. 99  
Quod ipissimo corpore & S. Christi, Caro & Sane-  
guis noster alatur. 29. 40. 44. 46. 118

### Exempla in scititia & oscitantia Hamel.

- In particulis sicut & sic perperam interpretandis 28  
In particulis: Non tamen, quam. 64  
Verum & figuratum opponit, tanquam contraria. 21. & 22  
Vocabula typi & archetypi confundit 32  
Typum opponit antitypo, perinde ut Christus & An-  
tichristus sint contraria. 99

### Exempla ineptiarum Hamelmani.

In

# INDEX.

- In mouendis questionibus dissimilibus , partim ~~an~~<sup>et</sup> biguis , partim alienis à proposito , quoties responder ad argumenta non potest . 24. 30. 72. &c passim in toto libro .
- In digrediendo ad ea , quæ controverfa non sunt . 25. 26. 33. 46. 48. 57. & passim alibi .
- In cumulandis dictis vnius authoris quæ eandem sententiam continent . 33. 43. 52. 80. 96. &c passim alibi .
- In probatione deferenda neganti , quam omnes nunt affirmani incumbere . 26. 36. 94. & passim alibi .
- In temeraria negatione eorum quæ clarissimè extant in patribus . 30. 94. 96. 97. 102. 149. & passim alibi .
- In reprehendendis aut eludendis ijs , quæ optima consequentia inferuntur ex dictis authorum . 21. 30. 35. 39. 40. 45. 51. 52. 63. 71. &c alibi passim .
- In reiiciendis pro libitu , quæ refutare non potest 35. & passim in toto libro .
- In postulanda probatione eorū , quæ per calumniam Orthodoxis tribuit . 36. 53. 76. 80. 84. 98. & alibi passim .
- In telis contra seipsum afferendis . 22. 31. 49. 50. 55. 81. 83. & passim toto libro .
- In argumentis Orthodoxorum prætereundis silentio ad quæ respondere non potest . 21. 41. 59. 60. 72. 73. 98. 107. 108. 133. 147. 178.
- In dictis patrum , quæ de spirituali communione corporis loquuntur , ad oralem Manducationem detorquendis . 104. 130. 159. & alibi passim .

In

# INDEX.

- In ijs quæ sacramentaliter dicta sunt, ad literam aequi-  
cipiendis** 44. 50. 52. 53. 54. 55. 59. &c.  
**In compellatione nobilissimi viri D. Guinrodij to-  
ties ingeminata** 46. 56. 58. 61. 71. 73. 84. 87.  
93. 98. 113. 119. 124  
**In prouocatione subinde repetita ad Electores, prin-  
cipes, Comites, Nobiles, Doctores, pios & Chri-  
stianos omnes.** 46. 47. 56. 93. 98. 113. 119. 124.  
143. 146. 154. & passim alibi  
**In postulanda Orthodoxorū condemnatione & eis-  
tione ex Ecclesia Bremensi ante cauī cognitio-  
nem : compellatis peculiariter Archiepiscopo &  
Capitulo Bremensi.** 178. 183<sup>4</sup>

## *Materiæ obiter tractata & explicata in libro sequenti.*

- Collatio vniōnis person. & Sacramentalis** 66. 79. 169  
**Collatio verbi & sacramentorum** 37. 38. 39.  
49. 77  
**Mutatio Sacramentalis** 66. 100. 110  
**Vnio nostri cū Christo corporalis & spiritualis** 162  
**Communio C. C. citra mixtionē cū nostris corp.** 58  
**Sacra mentia tantum in vſu sunt Sacra menta** 74  
**Cum pane sumi corpus, quomodo sit intelligendum** 77  
**Præsentia Christi non ad panem, sed ad hominem re-  
ferenda** 78  
**Aliud est loqui de præsentia Koinonias: aliud de præ-  
tentia quo ad situm loci** 19. 84. 91. 114. 133  
**Sursum corda** 91  
**Dicta patrum, quæ expressè continent negatiuam op-  
positam oralí manduca tionis corporis proprièta-  
tē quendo** 93. 94. 95  
**Aḡoλαξιοφα, quam re ipsa tuetur Hamel,** 99  
No-

## INDEX.

Nobilissimi viri Iohannis Munsteri honestum nomen arrosum ab Hamel,	78. 99
De Philippo Melanthone , quem propri loco obijcit Hamel, discipulis illius	43
De sententijs Patrum à Philippo Melanthone colle- ctis.	108. 109
De Sententia Philippi in causa Sacramentaria	177
Historica de Alberto Hardenbergio.	178. 179
De Iodoco Glaneo.	177
	189

*Finis Indicis.*



AD

AD VIRVM CLA-  
RISSIMVM D. OTTONEM  
AGRVNROD, NOBILITATE  
generis, doctrina, virtute, ac dignitate  
præstantem, Illustriss. Electori Palati-  
no à Consilijs.

πρεσβειανής

CHRISTOPHORI PEZELII  
Theologiæ Doctoris & Professoris in Ec-  
clesia & Schola Bremensi.

**D**Odierunt superioribus  
aliquot mensibus tota plu-  
stra conuictorum, contra Or-  
thodoxos passim lacorū, post-  
quam Illustriss. Elector Sa-  
xon. re & nomine CHRISTIANVS : Et  
fortissimus heros IOHANNES CASIMI-  
RVS, Electoratus Palatini Administrator,  
(quorum memoria in benedictione perpetua  
erit) ex hac fragili vita ad aeternam Dei &  
electorum consuetudinem euocati sunt.  
Nam ut mortuo leoni etiā Viliss. animalcula  
insultant, οὐδὲ πεθούσῃς πᾶς ἀνθεψευ-  
δεῖται secundum proverbium grecum: Si  
extinxitis his nutricijs Ecclesia, aduersarij ve-

ritatis impunitate Orthodoxis convitari, & bella contra veritatem instaurare, eamq; vel tandem opprimere se posse putarunt. In quorum extremo tamē vehemēter errat: Nā ut praeclarè Arnob. cōtra gentes scribit, Suis illa cōtēta est virib: nec ipoliatur vi sua, etiāsi nulū habeat vindicē: imd si linguae omnes cōtra faciat, contraq; nitatur. *Nominatim* verò ex nundinis proximis vernis Francofortensibus trium scriptorculorum chartæ aduersus me prodierunt Hunij, Selnecceri, Hamelmani.

Ex quibus Aegidius Hun D. tanta animi impotētia fuit, ut seueriss. interdictū Illistriss. Principis sui D. Wilhelmi Landgrauij Hassiae, violādū sibi potius existimarit, quam chartas suas ad defensionē Ubiquitarij dogmatis comparatas, intra parietes primatos continere vellet: quibus suo tempore respondebitur, Deo iuuante: Etsi vel solus ille anagrammatimus, quem popularis illius poëta, ex nomine, (Aegidius Hūnius) fecit, respōlionis vice esse queat, HVI NVGAS VENDIS!

Selneccerus autem μετα δυσφημίας vita hac excedens, quid nisi fætorem instar felis fugientis reliquit? Cuius fæditatem, ut spōte sua abominatur viri boni, sic responsione

responsione vltiori indignā arbitror : tūm,  
ne videar cum umbris luctari velle, tūm, quia  
ad priora scripta mea, qua pro defensione  
veritatis & causæ publicæ Selneccero oppo-  
sui, nihil prorsus ille in putidis chartis su-  
is attulit, quod ad rem causamq; pertineat :  
De quo non dubito pronocare ad omnium et-  
iam inimicorum meorum iudicia, si qui con-  
ferre mea cum ipsius scriptis voluerint.

Nec verò aut tibi, aut alijs, quibus ille  
notus fuit, mirum videri potest, quod mā-  
nifesta virulenti odij sui aduersus verita-  
tem doctrinæ orthodoxæ, & meam, & vete-  
rum meorum Collegarum, In primisq; pre-  
stantissimi Domini Peuceri nostri famā &  
existimationē, vestigia relinquere in postre-  
mis illis chartis suis voluit, Cum qualem  
se erga Acad. Witeb. ( ex quo post accepta  
isthinc insignia Doctoratus in Theologia, al-  
tero statim anno, cum hostibus Academia  
conjurare cœpit ) probuerit, publicè omnibus  
constet.

Et extat etiamnū Oratio illa quā memi-  
simus in solenni designatione Rectoris A-  
cademie in tēplo arcis recitatā esse anno 71.  
11

*In qua hæc verba sunt de Selneccero :*

Nuper ab aduersarijs Flaccij , ut haberet  
voluit , atque ita de stercore huius , quasi sca-  
rabæorum soboles , extitit PARVVS FLACCIVS ,  
qui metuit , ne Cuculus non haberetur , nisi  
matrem deuorare moliretur , à qua , postquam  
tesseram ad externos , & symbolum coniun-  
ctoris , quæ ei nobiscum intercederet arctis-  
sima , & quoque bolū Ornamentorum sum-  
morum , accepit , statim intravit in eum Sata-  
nas : Ut ex eo tempore habeat eum hæc schola ,  
& collegium nostrū ISCARIOTEN ALTERVM ,  
qui primus , ad Deum & homines fide vio-  
lata & veritate prodata , accusare librum  
collegarum suorum ausus est : vt hostes vete-  
res nostri hoc idem facere possent atrocius .  
Si domestici nobis non parcerent , atque ita  
præter funem & suspendium nihil ei desit , vt  
Iscario iici proditoris exemplum compleat ,  
sed sit IUDAS ALTER INSUSPENSUS .

*Sed relinquamus sanè Selneccerum iu-  
dicio Domini .*

*De Hamelmanno autē mirari te suspicor :  
& quis ille sit : & cur responsione cum ego  
dignatus fuerim : eamq; ipsam responsionē ,  
cur ad te potissimum mittam .*

*De singulis pauca ad te : quem grauiori-  
bus negocijs assidue occupatum esse scio . Ac  
de*

de primo quidem, non tam meam, quam Petri Warenburgij Altkirchenensis commemorationē recitabo: Quis ut breuiter ob oculos posueret, quid ipse, quid alij de Hamelmano sentirent, iudicarentque, hanc Protopographiam ex Salomone desumptam, Epigraphes loco suis in eum scriptis praefixit: Vir improbus graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, peruersitate mentis machinatur malum, atque omni tempore disidia serit. Ac ne temerè descriptionem hanc ad Hamelmanum accommodasse videretur: in prefatione, qualem eum ex scriptis, & moribus, & consentiente omnium fama apprehenderit, his verbis refert: Scripta eius, inquit, ingenium hominis non tantum insigne confidens & maledicuum esse ostendit, sed æquè etiam ignarum & stolidum, vt non dubitem compotandi artem ei notiorem esse (poculis enim admodū addictum esse aiunt) quām scribendi. Quod sit autem homo perficitæ frontis, προναος, Sycophanta, alienator, qui se quotidie in quorumvis etiam peregrinorum & ignotorum familiaritatem ac conuiuia insinuet, & vltro ingerat, vt cum illic potitet, iamdudum à pluribus audieram. Passim etiam, Thrasonem magniloquum, sed

Sed pecus interim Arcadicum ruidens, Theos  
logum inscitum, scriptorem impudentem,  
temerarium, disputatorem ineptum,  
conuiciatorem petulantem, prævaricatorem  
malitiosum vocat. Et talem reuera esse exem-  
plis plurimis demonstrat, qui ut Iesuitæ, Ro-  
mani Pontificis: Sic ipse, Iacobi Andreæ &  
Selnecceti & similiū stercora legat, & lin-  
genda suis propouat: qui fumum pro igne,  
sonum pro nummo, miscerdā pro pipere ven-  
ditet: Qui vix quid controvertat, vel appro-  
betur ab aduersarijs suis, intelligat: qui pio-  
sus Doctores, Magistratus, Ecclesiæ, Vr-  
bes, regna accutare simul & damnare audeat:  
qui in igni arrogantia in libellis suis omnes se  
aduersarios suos viciſſe iactitet: qui in sermo-  
ne ad alios, seipso litigatore, seipso agonothet-  
a, seipso iudice sententiâ de se pronunciet, se-  
ipſū coronet, seipſū victorē declarat: Qui ve-  
chartas & imperitorū aures impleat, plaustra  
dictorū detruncatorū ex patribus cōuehat, cē-  
tones colligat, & velut pannosus mendicus va-  
ram allegata, vel à se non intellecta, vel perpe-  
tius acrem, quam aduersarios feriat: qui idē  
mox affirmet & neget: qui totum mundum  
insanire secum putet: qui instar arietis præfra-  
cti fibras Corneas in capite, in mente obſti-  
natiā tanquam callum gerat: qui omnia

Sua agat, tam minimè theologinæ, ut non Licentiatus, sed insensatus Theologie censi meritò possit.

Verum dies me deficiat prius, quam elogia Hamel. omnia colligam, quibus ante annos complures tanquam notis proprijs, non falso sed verè insignitus est à VVarenburgio. Qui cum non modo in controuersijs Religionis, præclarè exercitatus esset, sed etiam in arte Medica excelleret, nihil prætermisit, quamdiu susperstes fuit, quod ad monendum ac corrigendum Hamel. spectaret: Si forte ut Medicus, ad agnitionem quasi morborum, sic vitiorum suorum (is enim primus ad sanitatem gradus est) adducere eū, & velut helleboro propinato purgare cerebrū eius posset.

Sed, & ipse in eo sanando frustra laborauit, & quotquot, senem iam Hamelmanum proprius norunt, magis eum desperatum existimant, quam ut ad sanitatem mentis redditurum putent.

Cum tali ergo (que sua scripta, que facta suatalem esse probant) miraberis haud dubie, nobiliss. D. Grunroái, quod certamē mibi esse velim, quod chartas eius responsoне dignas esse iudicem.

Ego

Ego verò, cùm anno abhinc decimo tertio  
primum cum optimo & integerrimo viro D.  
VVidebamo nostro p. m. à Senatu ampliss.  
Reipub. Bremensis vocatus, huc veni: mox ab  
Ham ( quem nec oculis videram, neq; verbo  
vlo offendoram ) atrocibus iniurijs lacesitus  
sum, ut tunc quidem, sub initium mei in hac  
Ecclesia ministerij, necessario mihi responden-  
dum fuerit, ad depellendas illius calumnias,  
quibus conciones meas Dillenb. de Cæna Do-  
mini, tantum non hæresecos accusaucrat, &  
ad vindicandam meam ac veterum meorum  
Collegarū innocentiam ( quorū exilijs & ca-  
lunitatibus ita insultabat, ut apostasias etiā  
ac perfidiae teterrimū crimen nobis scelera-  
tè obijceret ) denig, & ad Reipub. huius ho-  
nestissime famam & existimationem defen-  
dendam, quam ille ( propter complicem su-  
um Iodocum Glanæum iustis de causis hinc  
remotum ) Thersitæ in morem petulanter in  
scriptis suis trudicebat.

Ex eo tempore multas ipsius iniurias alias  
toleraui: indignum ratus, qui cum conten-  
derem amplius, posteaquā, doctrinæ & actio-  
num mearū integratatem vniuersæ Ecclesiæ  
udicandā proposuisse.

Sed & nunc silentio vlciscendam improbitatem illius putassem, nisi malitia destinata, prostitutaque impudentia ipsius cogerent me respondere scripto eius maledico, quod Selneccero inscriptis, canus ut ait, Casno, vel ut ali concinnius legunt, Canis Canis, quodq. Selneccerus, ut Tubinga imprimeretur, perfecit: cui titulum ille prescripsit: De Impotu, fraudulentia, depravatione, atque falsitate D. Christ. P. & omnium sacramentiorum, in citandis atque allegandis testimonijs Patrum, authore Hermanno Hamcl. Theol. Licentiato.

Ab hoc titulo exorsus, quem quidem in fronte cuiusq; page perpetuo repetit: similibus atq; etiam atrociorib; conuicti lumen totum repleuit, Quibus et si conscientiae meæ bonitate fretos, haud magis afficior quam canum degenerum latratu pretereuntes affici solent: respondendum tamen propter alios putavi. Nam & honestas requirit, ut famam quisq; tueatur, præsertime oculorum criminum falso accusatus, que in ministerio Ecclesie minimè ferenda sunt: Et pietas est, causæ publicæ & Ecclesie, ad quarum illibet

illa propriè spectat, rationem habere. Erat  
enim in formula iuramenti Attici hoc per-  
scriptum, ut cuiusquisq; iuraret se pro sa-  
cris vel solum, vel cum alijs pugnaturum  
esse. Quanto magis in Ecclesia pietatis est  
pugnare pro veritate, eamq; vindicare con-  
tra aduersarios?

In hac vero, quæ de sacro sancta Cæna  
Dominii tot iam annos Ecclesiam exercet con-  
trouersia, cùm nemo non ad veteris Ecclesie  
Orthodoxæ testimonia recurrentum esse in-  
telligat: sententia sanè horum, ut vera, ut  
genuina, ut incorrupta, ut perspicua in Ec-  
clesia extet, tanto magis animendum est, quòd  
facilius tota causa (ut grauissime rectissimeq;  
indicauit D. Philippus) ex veteribus concil-  
iarii disjudicarij posset, si libido conten-  
dendi abesset, & veritatem multi serio qua-  
rent.

Admittit autem Hamelm. veteres scri-  
ptores in hac causa iudices: Sed eorum di-  
cta atque testimonia ex cerebro suo arictine  
iudicat, & nativa sententia illorum negle-  
cta, sibi ipsi palmam de ijs dat: Mentiendo,  
sibi totum charum Scriptorum veterum  
patrocinari:

patrocinari: Contra verò calumniando, miliari, corrumpi, depravari, testimonia patrum ab Orthodoxis, cùm non certe magis faueant Hamelmanno patres, quām Chrysippus illi fauebant, quos pro se testes allegaverat, De quo Galenus scribit, eū ab illis ipsis quos testes citārat, proditum esse.

Orthodoxæ verò sententiae, quā impugnat Ham., apertè astipulari Orthodoxos scriptores veteres, & res ipsa clamat, et ante oculos est omnium, qui veritati potius cedere, quā opinioni anteceptæ pertinaciter insistere volunt.

Quod ut meo quoq[ue] loco ostenderem, cū litē Hamel. de hac re mouit: non tam mea, quām aliorum causa ( si qui insanis balatibus arietis istius turbari potuerūt, hanc parvam ferina procacitati eius obiciendā: & sententia veterū explicādā: meāq[ue] innocētiā (quod nullus vetat ) defēdendā esse putauis. præst̄im cū Licetiosi Licetiatī istius ea sit audacia et protervia, ut Illust. Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Doctores, Christiani omnes, in tota Germania multoties cōpellet.

Deniq[ue] ut in extrema scripti sui parte Re-

verendiss. quoq; atq; Illustriss. Archiepiscopū  
Bremens: Præpositum, Decanum, Seniorem,  
& Canonicos cæteros, insigni amentia, con-  
iuncta cum pari impudentia, impellere co-  
netur, vt me ex Ecclesia Bremensi, tanquam  
hæreticum ejciant, vt lupum arceant, colle-  
gas etiā meos, vt hircos expellant. Hanc enim  
vīa opprimēde veritatis facilimam, hanc vi-  
toriae spem sibi certissimā pollicetur, imita-  
tus veterū hæreticorū exempla, qui cum ad-  
uersarios suos scripturis, argumentis, ratio-  
nibus vincere non possent, violentorum con-  
siliorum authores principibus fuerunt, ut  
verbibus, exilijs, cædibus illi multarentur,  
quos oderant.

Quod cūm in hac ora Saxonie ante annos  
triginta aduersus Albertum Hardenb. quoq;  
tentatū & obtentū, in sinu suo suauiter ri-  
deat Hā. (etsi hospite eo Bremæ benigno olim  
vīsus, nō solū in mensa vietu, sed etiā in Mu-  
sæo, studijs & consilijs ipsius liberaliter fruēs)  
spem concepit fore, ut si non euentus, saltē  
conatus similis, in me ac collegis meis hinc  
vīciendis, novam materiam gaudij ipsi præ-  
beat: oblitus Psalmi illius: Defiderium im-  
piorum peribit.

Cūm

Cum autem appendicem mei de Cœna Tractatus ante triennium editi (in qua fideliter testimonia Scriptorum veterum de Sacramentali verborū Cœnae interpretatione, collegi, & ubi opus fuit, explicaui) quā solam Hamel. oppugnandam sibi sumisit: (Nam ad Tractatum ipsum, ut potè scriptum methodicum, respondere se posse, planè diffidit) tuo ante hac nomini, Integerrime Domine Grunrodi, inscripserim: haud alium mihi Patronum accersendum nunc quoq; existimauis: Cui defensionem Appendicis illius, atque testimoniorum antiquitatis explicacionem uberiorem inscriberem ac dedicarem, quā te: Qui & potes iudicare de tota controvērsia & ut amici officium mihi praestes, haud dubio voles etiam, hoc meum, cum adversarij scripto conferre, ut postquam ex collatione mutua, integritatem meam in cōtendis atq; explicandis veterum testimonij penitus perspexeris, Illustriſſ. tuo Principi, Electori Palatino, & alijs viris prudentibus, calumnias Hamelmaniacas demonstres me, non tantum à crimine falsationis Patrum, (quod falsator Hamelman falsissimè mihi obiicit)

objicit) sedetiam à suspitione eius eriminis  
purges.

Id quod eò ardenter abs te peto, quòd &  
Illustriss. Principem tuum Electorem Pala-  
tinum nominatim inter cæteros compellat,  
& ad te, tuamque conscientiam tredecies ad  
minimum, in uno hoc scripto suo ultrè pro-  
uocat Ham: Quasi tuo iudicio submitens:  
uter nostrum maiori fide testes veritatis pro  
veritate allegarit. Deum oro, ut Illustriss.  
Principem tuū, & te, virtute sua protegat,  
benedictione augeat, & quam diutissime ad  
gloriam sui nominis, & bonum Ecclesie sua  
conseruet incolumes. Benè & fæliciter  
vale. Brema Mense Iulio 1592.

IN  
HERMANNVM HAMMEL  
MANNV M FLACCII ILLY-  
rici emissarium.

PEZELIOM ASTIGEM.

Fama est, Illyricum (cūm se vietū esse dolere  
Confectumq; tua magne Philippe manu)  
Cū gemitu fremituq; furentē ac sœua rudentem  
Sub Stygiū tetro regnum equitasse Capro:  
Huic, eques ardenti Flacius detentus Aucno,  
Impetrat ad superas posse redire plaga,  
Vt sanctū nomē, sanctamq; Melanthomis vmbra,  
Cultoresque virtū discipulosque petat.  
Quos inter titulū ex merito hūc vix vnuſ & alter  
Sustinet, & famam scriptaque sancta fouet.  
Ante alios (Phœbe velut ignes ante minores)  
Emicat excelso pectore PEZELIVS:  
Sæpi aggreditur Caper hūc, noua cornua sumēs,  
Miraque occultans Calliditate CAPRVM:  
Nam, licet Illyrico Stygioque nocentior exstes  
Fœtore, angue, luto, peste, vapore, lupo;  
Fœdior & Scyllis, fœdaque immanior Hydra,  
Sæuior & Lapithis sæuior & furijs:  
Ceu genium lucis tamen assimilare laborat  
Cūm ficto Satanas occupat ore pios:  
Sic, caper ut turbet Christi sacra pura professos  
Quos vehit alato fama perennis equo:  
Nomine Veruecem, ac villis mentitus ouillis  
Fœtore, & cornu se probat esse CAPRVM  
Inestatque

Incestatque auras, aures, arasque, naresque  
Perfrictaque petit fronte feritque bonos:  
Nam, si te ignoras ipsū Hammelmannē, volesq;  
Pelle sub AGNINA dissimulare CAPRVM,  
Pelle sub Agnina (inqua) anguino felle nocere,  
Mendaci imponas ut pietate viris:  
PEZELII hæc responsa legas: discesq; quod ipse  
Ipse ILLE-HIREVS eras Illyricique CAPER  
Nec facile vterius scriptis aut voce lacesces  
Insignem meritis, & pietate virum:  
Sed prope cognosces nihil hoc sub sole libellis  
Dulcius ille suis, stultius esse tuis.

Martinus Andreæ facieb:

IN EVIDEM.

ERgo velut Theseus Ariadnes fila securus,  
Dum Labyrintheas itque reditque vias,  
Sustulit ē medio Cretensis monstra Tyranni  
Semibouemq; virum, semiuirumq; bouem:  
Sic quoq; sic nostri THESEVS clarissimus aui  
Et decus, & sancti gloria rara Chori,  
Pezelius sacrum filumq; stylumque secutus,  
Quæ trahit ipse Deus, quæ regit ipse Deus,  
Conficit (en) monstrum, dubio genitore creatū  
Siue vir ille fuit, seu CAPER ille fuit  
Conficit (en) monstrū veri cui lumen ademptū  
Semi caprumq; virum, semiuirumq; caprū

---

Quid mirū est? patres Hermānū adeo vīq; crepare  
Si monstrum hoc dubij progeniēre PATRES.  
Jacques Gruys Frijon.

PHALEEVUS IN EVNDEM  
LYCENTIATVM  
ORTHODOXOS ET  
PRÆSTANTES VIROS  
Ecclesiā exigendos & expellen-  
dos vociferantem,

CVm quondā alloquio vterētur ipſe  
Brutæ adhuc pecudes , duellaq; essent  
Mutua inter oues , Luposque , tandem  
Conuenisse LVPI feruntur agnos ,  
Rogantes , vigiles vti ac fideles  
Tollere ē medio velint Molossos ,  
Tum demum aureolam coire Pacem  
Posse , Amicitiamque tum futuram  
Sinceram , solidamque , candidamque ,  
Iuratam , stabilemque , feruidamque .  
Sic & cum Macedo , satus Philippo ,  
Athenas sibi subiugare vellet ,  
Culpam dissidiij sui , Atticæque  
Vrbis atque odij feri , ac nefandi  
Causam , existere Rhetoras ferebat :  
Quos inter Cœlebres erant Lycurgus ,  
Et Demosthenicæ loquela Suadæ  
Hos proinde sibi dari petebat :  
Nam si consilijs bonis deellent  
Actæo populo , atq; ciuitati ,  
Nec illi monitissuis præiren ,

Seputabat habere, quod uolebat  
Tyrannus Macedo, genus Philippi.

Sic noster quoq; sic Lycentiatus  
Samelmannus ouis sub innocentis  
Blando nomine, subque villo ouillo  
Occultans tabiem LVPI rapacis,  
Sumpturusq; Lycentiam irruendi  
LVPINA feritate sacrum in agmen,  
Et cum complicibus suis cruentis  
Immani ruditate sanguinandi  
In sanctos ouium greges piarum,  
Surgit, & ducibus pjs, virisq;  
Magnis, Egregijs, bonisque passim  
Quorum CONSILIIS VIRET vigerque  
Christi Ecclesia causa Christiana :)  
Est auctor, meritos benevit ministros,  
Doctos, eximios DEI ministros,  
Claros, magnanimos, & eloquentes,  
Templis ejciant: scholis, suisque  
Cunctos sedibus, ædibusque pellant:

Sic Reges simul & greges scelestus  
Sic pestundare se potesle Lege,  
Ipsas pro libito suo arbitratur,

Verum si sapiunt Greges, & ipsi  
Reges, nonne Lycentiam hanc retundent?  
Et Lycaonium LVPI furorem  
Competent merita leueritate?  
Abigentque Pjs LVPOS ab agnis?

Non-


Nonne ipsum aut laqueo, aut lacu, rotâue  
Aut tollent gladio Lycentiatum,  
Canem, & CANVM asinum Lycentiatum,  
CANOS atq; animos Lupi aemulantem  
LVPINA feritate sœuientem :  
Vt fiat rabido e Lyco Lycambes,  
LVPâ & sacrifico satus salace,  
Rudens atq; furens Lycentiatus,  
Aut fiat potius, quod est, fuitque  
HA·mel· MANVS, & ipse fato HAMANVS,

---

Conuenit Hermannum, quem Iaua Lycentia  
vexat,

De genetrice LYCE nomé habere, LYCON.

Pierre de Barlaimont.



## ERRATA.

Pagina 13. lin. 4. à fine, lege Quid autem Theod.  
p. 17. l. 3. à fine, lege tensum. p. 19. l. 17. Cœnam.  
l. vlt. Meus. p. 22. l. 21. ad hanc d. p. 26. in schol.  
affirmanti. l. 8. à fine controu. non sunt. p. 29. l. 19.  
liquidæ. p. 41. l. penult. esus carnis. p. 53. in schol.  
præstigiæ H. cœ. p. 62. l. 1. quem cum. l. 2. eis est.  
p. 64. l. 6. Carni Christi. p. 65. l. 8. quām compo-  
tationum & crapulæ. p. 66. in schol. l. 4. essentiam  
Sacr. p. 68. l. 7. à fine, harum min. l. vlt. in vnam  
essent. p. 69. l. 5. Hæc solis fid. p. 73. l. 9. non  
habent p. p. 79. l. 4. à fine, memoriae. p. 80. l. 16.  
l. 1. dem. p. 84. l. vlt. citauerit. p. 85. l. 15. quod  
p. 96. l. 17. in Sacramento. p. 97. l. 12. allegari. p.  
111. l. 17. à fine, an verò & organo. p. 117. l. 12. à  
fine, ad figur. p. 123. l. 8. à fine, pertineant. l. 3. à  
fine, ad quendam mirabilem. p. 129. l. manducari.  
p. 136. l. 9. ad quam pr. p. 144. l. 7. sit aut quia.  
p. 156. l. 1. vniōnis intelligit. p. 165. l. 1. cū nullū vn.  
quam. p. 167. l. 4. vnam hoc. p. 174. l. 7. hanc  
eius; perp. p. 181. l. 5. sanguinem illius. p. 183. In  
schol Illud Psalmi. p. 184. l. 8. à fine extortæ: ad  
quam.

卷之三

唐宋八大家文选

Raditur in scholis pueri- Regula do-  
libus ex Plinio vulgaris Re- titulo libri  
gula: Sæpè ad TITVLVM libri sapè inspi-  
respiciendum esse. Quam si ciendo.

**H**ammelmanus ( qui se pro-  
ficeret Theologiae Licentiatum ) didicisset  
puer : aut si in pueritia eam edoctus , jam  
senex ad usum transferre voluisset , superle-  
dere sanè ( præsertim , ut scribit , senex emeritus )  
labore isto potuisset : Quo ( neglecto ac si-  
lentio prorsus obruto Tractatu integro de Cœ-  
na Domini ante triennium à me edito ) Ap-  
pendicem huius saltem , hoc titulo adiectā : Ham. tracta-  
Testimonia veterum scriptorum insigniora , de Sa- tum integrū  
crumentali verborum Cœne interpretatione : Co- de C. D. ne  
natu temerario , & infelice oppugnare au- attingere  
sus est. quidem au-  
sus , in appé-  
dicem saltē  
calamum  
stringit.

Nam cùm titulus Tractatui præfixus mo-  
nere illum potuisset , vt si quid in controuer-  
sia totius explicatione desideraret , eū ipsum  
tractatum ( vtpote methodo certa compræ-  
hensum , & formis argumentorum Dialecti-  
cis , ceu metis inclusum ) refutare potius co-  
naretur . quām pagellas , ἐπιταχέι μη τοι loco  
adjectas , canino dente arroderet : nihil ille  
quidem , quod tractatui opponeret , profer-  
ie potuit . In magna verò , quā sibi pro licen-

B tia

tia sua arrogare haud veretur , authoritate,  
**Ham.** facto maguas nugas agendo , in appendicem , ne-  
 ipso se reum gleblo rursus titulo , copias & machinas suas  
 ostendit eo-  
 rum crimi-  
 num , de qui  
 bus falso a-  
 los accusat .  
 omnes cōuerit , molitione profecto ridicu-  
 la , & successu tali , vt quæ alijs , in futilissi-  
 marum suarum chartarum inscriptione fal-  
 so objecit , eorum criminum in tota scripti-  
 one sua , verè se Reum esse apertè demōstret ,  
 nimirum Imposturæ , fraudulentiae , depravatio-  
 nis , atq; falsitatis ( hi enim sunt ipsius flosculi )  
 in citandis atq; explicandis Orthodoxorum patrum  
 testimonys admissæ .

**Titulus ap-**  
**pendicis , sco-**  
**pum eius li-**  
**belli eviden-**  
**ter demon-**  
**strat .**

Mihi verò in Appendice illa propositum  
 non fuit , omnium scriptorum veterum di-  
 eta , quoquo modo ad doctrinam de Cœna  
 Domini pertinentia corradere , & in vnum  
 quasi Chaōs confundere : Sed de vna hac  
 parte controversiæ , testimonia patrū afferre ,  
 que est de Sacramentali Verborum Cœne inter-  
 pretatione .

Id expresse ac nominatim p̄t se fert **Titu-**  
**lus appendicis** , his ipsis verbis , non modo in  
 frontispicio , sed etiam in altera pagina , quæ  
 mox p̄fationē sequitur , expreslus . Osten-  
 dit idē **Epilogus appendicis istius** : Ea dicta ex pa-  
 tribus recitata esse , quæ apertè ostēdant , Vete-  
 rē Ecclesiā verba Cœnæ Sacramētū intellexisse  
 atq; interpretatam esse . Quō pertinent etiam  
 loca continuò ascripta , Ex Epistolis Philippi  
 ad Breutium , & Albertum Hardenbergium ,  
 quæ

**Epilogus ap-**  
**pendicis si-**  
 militer sco-  
 pū eius li-  
 belli osten-  
 dit .

quæ siccō pede præteriit Hammelman, in  
plerisque alijs à me citatis dictis veterum re-  
petendis ac corrumpendis nugacissimus.

Sed & in tractatu ipso de Cœna Domini aliquoties à me repetitus atque inculcatus est scopus pagellarum istatum, quas oppugnandas sibi delegit Hammelmanus, Cùm enim pag. 61. dixisset: *In Ecclesia Sacramenta-  
talem verborum Cœnæ interpretationem antiquis-  
simam, & patribus qui ante initia Papatus vixi-  
sent, omnibus sine exceptione vicitatam fuisse,*  
nominatim sum pollicitus, me sub finē tra-  
ctatus recitaturum esse insigniora quædam Ecclesiæ veteris testimonia, quæ lectorum at-  
tentū evidentissimè conuincant, semper in Ecclesia Ortho-  
doxa usurpatam fuisse interpretationem Sacra-  
mentalem verborum Christi.

Idē rursus in Epilogo seu conclusione tra-  
ctat⁹ pag. 367. repetij. Deniq, & in ipsa ci-  
tatione dictorū ex patrib⁹, quoties addo: hūc ad finē ea à me recitari, ut cōstet scriptores veteres verba Cœna Sacramentaliter interpretatos esse.

Verūm neglecto hoc toties repetito atque inculcatō scopo sc̄iptionis istius ap-  
pendicis, præclarus hic Theologiæ Licen-  
tiatus, toto libello suo calumniatur, quod ea tantum, quæ in appendice recitauit, patrum testi-  
monia allegārim, non cetera, quæ ad alias partes doctrinæ de Cœna domini spectant.

En igitur imposturam: En fraudulentiam:

In tractatu  
rejicitur ad  
appendicem  
Recitatio te-  
stimoniū  
de Sacr. in-  
terp. Verb.  
Cœnæ.

Conclusio  
tractatus,  
scopum ap-  
pendicis rur-  
sus demon-  
strat.

Calumnia  
Ham. perpe-  
tua cōtra ap-  
pendicem,  
quod non o-  
nia dicta pa-  
trū de Cœn-  
na in se con-  
tineat.

**En deprauationem:** En falsitatem, non à me sed Hamelmano commissam. Qui vt in lectio-  
ne Patrum præclarè videatur versatus esse  
(quos se ante annos quadraginta legisse glo-  
riatur, oblitus fortè (ut senum memoria aphæ-  
resin pati vulgò dicitur, puerilis illius dicti, Les-  
sonica de le-  
gere & non intelligere, negligere est) ex libro  
Elione patrū. quodam suorū collectaneorū (quæ ante mul-  
tos annos edidit, & nūc à blattis & tineis ab-  
sumptum esse metuit) dicta scriptorū veterū

**Gloriatio  
Hām. Thra-  
sonica de le-  
gere & non intelligere, negligere est  
Elione patrū.  
Cur non o-  
mnia dicta  
pattum de  
Cœna in ap-  
pendice col-  
legerim.**

magnō numero profert, neq; ignota mihi;  
Dei beneficio, neq; à me vñquam negata, &  
ab Orthodoxis pluriñis iampridē meliori fa-  
de, quā ab Hamelmano factū est, collecta, &  
in clasles certas distributa. Ad id verò, quod  
mihi in appendice Tractatus ostendere pro-  
positū fuit non pertinentia: Ideoq; à mē de-  
industria certoq; consilio omilla, atq; præte-  
rita, ne aliena intempestiuè miscerem.

Et audet tamē conscientiā mēa appellare à sc̄i-  
nātāq; iste, & dictatoris personā sibi arrogās  
respōderemē jubet, cur dicta Patrū, quibus ipse lia-  
brum suum suffarūt, omiserim ac præterierim.  
Audet Illustriß. Elektorēs ac Principes, generosos  
comites, viros nobiles, Reripub. gubernatores, Chris-  
tianos omnes, quibus Salus &c. cordi sit, compellare,  
vt ex inepta & temeraria ipsius accusatione  
agnoscāt, atq; pronūtiēt, me vel Patres nunquā  
legisse, vel dolosè præteriisse, quae ipse in mediū efi-  
ferat. Huic accusationi, quā in omnibus  
pagi-

**Accusatio  
Hamelma-  
niaca cum  
atrocī iniu-  
ria cōiuncta.**

paginis repetit, subinde & alteram addit falso-  
fissimam: Me illa ipsa quoq; dicta quæ allegan-  
tim, corrupisse ac deprauasse. Et ut sit gnauiter  
impudens, postulare quasi iure suo audet, vt  
Reuerendiss. atq; Illustriss. Archiepiscopus & quos  
Capitulares vocat, Metropolitanæ Ecclesiæ Brem-  
ensis, me tanquam Hæreticum ex Ecclesia Bremensi  
propterea ejciant.

## PROPOSITIO SEVENTIS

### Responsionis bipartita.

Quo, cū ab hoc monstro hominis (ex aries-  
te enim & viro compositū nomē gerit) atro-  
cius dici nihil potuerit: Neq; in hæreses cri-  
mine quenquā, nisi de errore pertinaci con-  
uictus sit, patientē esse deceat: Considerent  
mecū lectores, qui in hac nostra incidet: an  
dolus aut hæresis, mihi à quoquā, nedū Hamel-  
mano isto obijci, hāc ob causā possit ac  
debeat, quod in appendice Tractatus de Sacra Cœna  
non omnia dicta patrum recitaui, quæ non de Sa-  
cramentali verborū Christi interpretatione,  
de qua isthic agendum mihi fuit, sed de alijs  
partibus doctrinæ de Cœna differunt, quæ ab  
instituto meo, eo quidē in loco remota fue-  
runt: Itēq; an in ijs, quæ recēsui dictis, quidquam  
demonstrare Hamelman possit, vel mutilatū, vel  
sensu à patrum sententia alieno, à me citatum esse.

In hoc velut cardine disputationis, cū a-  
cerba illa & Theologo indigna insectatio-

B iiij Hamel-

Duplex ita-  
tus accusati-  
onis Hamel-  
maniae.

Hamelmaniaca hæreat: Si calumniam  
**Scopus du-**  
**plex respon-**  
**ditius** depulero: Contra vero, si intra me-  
 sionis sequē-  
 tas, quas circumdederam mihi ipse, conti-  
 nere me debuisse ostendero: si sententiam  
 patrum natuam me retinuisse probauerо:  
 an non ipsius Hamelmani imposture, fraus-  
 des, depravationes, falsitates (quas in titulo libri  
 sui, & singulis paginis crepat) in omnium le-  
 ctorum oculos fese vltro ingerent.

## RESPONSIO AD *Quæstiones Hamelmani de controuersia Cœnæ.*

Scripsi in Tractatu pag. 45. Controuersi-  
 am de Sacra Cœna, remotis calumnijs, uni-  
 versam contineri his tribus capitibus: Quo-  
 rum unum sit, non de veritate, sed de sensu atq; in-  
 trouersia de tellectu Verborum Christi:

Cœna, in Alterum non de ipsa præsentia Christi, & com-  
 Tractatu co- munione Corporis eius in vsu legitimo Cœnæ, sed de  
 piōse expli- modo præsentiae & communionis:  
 cata.

Tertium non de Manducatione, sed de modo  
 manducationis Corporis Christi.

Hamelmani De singulis scorsim & copiosè egi in Tra-  
 quæstiones quatuor cō- statu integro, nec aliud præterea in quatuor  
 præhensæ in suis quæstionibus Hamelman afferit, quod  
 tribus Capiti tribus istis capitibus non sit cōpræhensum,  
 bus recitatis,

Pag. 3. & 4.

Hist, quod questionem de dissimili verborum Christi interpretatione, unde cætera capita dependent in postremum locum rejecit: Eam vero quæstem, quæ de modo mandationis una tantum est per Tavtoλογιαν in duas questiones diuelliit. Næ Corpus & Sanguinem Domini spiritualiter & Corporaliter sumi in Cœna ( ut in prima sua questione loquitur Ham. ) quid aliud est? quam fide cordis, & ore corporis edis ac bibi ( sicut in tertia questione idem loquitur. ) Quod autem de Corpore Christi in certo cœli loco defixo nugatur, & Orthodoxos obijcit, quod doceant, non ipsum Corpus, sed eius meritum & beneficia tantum fide perecipi, calumnia mera, eaque absurdâ admodum, & se ipsam euertens est, cum nemo beneficiorū absq; Christi ipsius corporis communionem habeat.

Calumnia Ham. in Orthodoxos, de cōmuni-  
one benefi-  
ciorū absq;  
Christi ipsi-  
us cōmuni-  
one.

Quod si vero de tota controversia Cœnæ Dominicæ, aduersum me Ham. agere voluit, quam ego tribus, ipse quatuor capitibus definit: cur ipsum tractatum non oppugnauit? Cur argumenta, quæ in singulis capitibus controversiis, pro tuenda Orthodoxa sententia attuli, non refutauit? Cur solutiones objectionum cōtrariarū à me alatas, erroris non conuicit? Cur dicta Patri in ipso quoque tractatu de modo præsentia: & de modo mandationis: deq; discrimine inter Spiritualem mandationem Corporis Christi, & Sacramentalem in Cœna,

Præuaricatio Ham. in tota controuersia Cœnæ obtrudenda appendici, quæ de vna saltem parte eius controuersiae scripta est: Cum Tractatu integrū intactum reliquæ à me querit.

**S**umma testimoniorum ex pa-

à me allegata, clausis oculis præterit? Cur  
cùm de Sacramentali verborum interpreta-  
tione titulus appéndicis disertè loquatur, plu-  
ra in ea appendice requirit, quām titulus no-  
minaū expresse profitetur?

**Q V O D S I N E V L L A**  
deprauatione, atque in sensu genuino  
Patrum dicta in Appendice Tractatus  
allegata, & ad scopum Appen-  
dici præfixum accommoda-  
ta sint.

Scopus testi-  
moniorum,  
quæ in appé-  
dice recitata  
sunt.

Confirmatio  
sumpta ex  
repetitione  
summaria  
dictorū que  
in appéndice  
recitata sūt.

Omnia autem & singula testimonia Pa-  
trum, quæ appendix recitat, etiámnum af-  
firmo, Propositiones illas: *Hoc est corpus meum,*  
*quod pro vobis traditur: Et hoc poculum est nouum*  
*testamentum in meo sanguine, qui pro vobis effun-*  
*ditur, Sacramentaliter interpretari. Quod ne te-*  
*merè affirmare videar: ipsa verba scripto-*  
*rum veterum breuiter repetā, ut quid, quan-*  
*tumque huic asseverationi tribuendum sit,*  
*luce meridiana clarius constet.*

Cum igitur IGNATIUS Eucharistiā ait esse  
carnem Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ pro pec-  
catis nostris passa est, & quam pater sua benignia  
tate suscitauit: Et hī Christi locutionē retinet,  
tamen quia panis neq; passus est pro nobis  
neque resuscitatus, satis clare significat,  
panem

tribus de Sacramentali Interpretat.

9

Panem non propriè atq; simpliciter , sed se-  
cundum quid , & sacramentaliter esse Car-  
nem Christi.

Apud IYSTINVM MARTYREM verò an nō  
Sacramentalis expositio est verborū Cœnæ ? Contra Try-  
cūm ait, Panem esse commemorationem concorpo- phonem.  
rationis Christi ? & poculum in Recordationem  
sanguinis sui traditum esse ? Et panem Eucharistiae  
in memoriam passionis sumi ? & in alimoniam aridâ  
iuxta & liquidâ, passionis filij Dei memoriam re-  
coli : Et non ut communem Panem neque commu-  
nem potum ista sumi , sed alimoniam , unde sans  
guis & caro nostra , facta mutatione aluntur , per  
preces seu benedictionem , non autem propter  
coexistentiam corporis & panis in uno & co-  
dem loco , incarnati illius Iesu carnem & sans-  
guinem esse .

In Orat. ad  
Antoniu-  
m pium.

Iam IRENÆI verba , quod Christus Panem Lib. 4. c. 32.  
corpus suum , & calicem sanguinem suum confes-  
sus sit : quod panis , qui è terra est , percipiens ver Cap. 34.  
bum Dei , Eucharistia fiat corporis & sanguinis  
Christi , ex quibus augeatur & consistat carnis nos Lib. 5.  
stra substantia : Possunt né aliter quam Sa-  
cramentali locutione dicta intelligi ?

TERTULLIANVS verò , quam disertè Sa-  
cramentalē locutionē exponit ? inquiens : Lib. 2. con-  
Panem ipsum corpus Christi repraesentari ? Christū tra Martion.  
panem acceptum corpus suum fecisse : Hoc est cor Lib. 4. con-  
pus meum dicendo , id est , figura corporis mei. tra Mars.

Et

**Epist. 3. lib. 2.** Et CYPRIANVS cùm ait: Calice seu Vino  
**De Vnct.** in calice ostendi sanguinem Christi, & Dominum  
 proprijs manibus tradidisse Panem & Vinum, &  
 in Apostolis secretius impressam sinceram verita-  
 tem, & veram sinceritatem exponere debuisse gene-  
 tibus, Quomodo Vinum & Panis Caro esset &  
 Sanguis, & quibus rationibus causæ effectibus  
 conuenirent, & diuersa nomina vel species ad vna  
 reducerentur essentiam, & significantia ac signifi-  
 cata eisdem vocabulis censerentur.

Quid vero nisi Sacramentalis Phrasis est  
 cùm CANON SYNODI NIC. inquit, Agnum  
 Dei tollentem mundi peccata in mensa diuina jace-  
 re seu positum esse? & sacrificari a sacerdotibus?  
 cùm quidem in titulo seu Epigraphæ præfixa  
 huic Canoni, Panis & Vinum diserte nominen-  
 tur μυστήρια seu Sacraenta preciosi Corporis &  
 Sanguinis Christi: & in ipso Canone, Hic Pa-  
 nis & Vinum, de quo non multum, sed parum aca-  
 tipimus, resurrectionis vocentur Symbola?

**De hierar.** DIONYSIUS autem: Ut omnium Sacramento-  
 rum naturam symbolicam esse docet: Sic commu-  
 nionem Eucharistiae εὐμβολίων nobis traditam  
 esse ait, ut sensibilibus imaginibus ad diuinas, quæ  
 cum possibile est subuehamur considerationes:  
 Panem etiam & vinum vocat signa venerabili-  
 lia, per que Christus signatur ac sumitur. Hæc  
 an non Sacramentalis verborum Cœnæ in-  
 terpretatio sunt?

Quemadmodum & illa, quæ apud Euse-  
 biam

ac celest. &  
 Ecclesiast.

patribus de Sacramentali interpretat.

11

bium Emisenum sunt, qui necessarium fuisse dicit, De Consec:  
vt quia Corpus assumptū ablaturus erat Christus, dist. 2.  
Sacramentum Corporis & sanguinis sui consecra-  
ret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod sea-  
mel oblatum fuit in precium, itemq; vt victimā illa  
perennis viveret in memoria, & semper praesens  
esset in gratia, verè unica & perfecta hostia, fide  
aestimanda non specie, nec exteriori censerda visu  
boninis, sed interioris affectu.

Et quod EVSEBIUS CÆSARIENSIS ait, Lib. 1. dem.  
Nos Corporis & Sanguinis Christi quotidie Re- Euang.  
cordationem celebrare: Et unici Sacrificij Christi,  
memoriam in mensa Dominica peragi per Symbola  
salutiferi Corporis & Sanguinis eius.

Et quod BASILII liturgia habet: Domi-  
num reliquisse nobis Monumenta salutaris Passio-  
nis suae, & in sancto Altari apponi antitypa sancti  
Corporis & Sanguinis Christi.

Illa vero, quæ citata à me sunt ex Chry-  
stostomo, quam sunt illustria? Quoniam Christus Hom. 58. in  
stus dixerit: Hoc est corpus meum: nulla tenerinos Math.  
ambiguitate debere ait, verum hoc oculis intelle-  
ctus perspicere & credere iubet: ac Panem & vi-  
num mysteria vocat, & hoc Sacrificium Symbo-  
lum & signum Iesu esse dicit: Et in Vasis sanctissimis In Oper. im-  
catis non verum Corpus Christi esse, sed Myste- perf. hom. 11.  
rium Corporis eius contineri affirmat.

Item:

Sacrificium hoc exemplar illius nominat: &  
nos recordationem sacrificij operari: Et panem ac Ad Hebr.  
vinum Psal. 22.

*vinum quotidiè nobis in similitudinem corporis & sanguinis Christi ostendi in Sacramento.*

*Qua eadem ratione NAZIAN. hoc externā*

*In Apol. sacrificium magnorum mysteriorum antitypum seu  
gaz. exemplar nominat. Item: Antitypum preciosi cors*

*In laud. so- poris & sanguinis Christi: & mensam hanc typum  
ror. salutis nostrae vocat.*

*Ad ciues.*

*Hom. 27.*

*Sicut & Macarius panē & vinū dicitur πόπος  
carnis & sanguinis Christi, nominauit.*

*de initiand.*

*Et AMBROSIVS aliud esse dicit: Veram cara-  
cap. 2. nem Christi quae crucifixæ est, aliud Sacramentum*

*De Sacram. carnis: & quod ante benedictionem panis appellat-*

*lib. 4. cap. 4. tur, id post consecrationē corpus Christi significari  
et s. ait, & calicem sanguinem nuncupari. Item, Vinum*

*In 1. Cor. 11. babere similitudinem sanguinis, & bibere nos san-  
guinis similitudinem: Et oblationem hanc esse si-*

*gnū corporis & sanguinis Domini, & mensam*

*banc memoriam redemptionis nostrae esse, & nos*

*edendo ac potando carnem & sanguinem Domini,*

*quae pro nobis oblata sunt, significari. Et in ty-*

*pū beneficij diuini, nos calicem, mysterium sanguis*

*nisi percipere:*

*In 26. Matt. Voce repræsentandi, qua Tertullianus usus  
est, etiam Hieronymus utitur, vt Sacra-  
taliter verba Cœnæ interpretanda esse do-  
ceat, Ipse enim Christus veritatem sui corporis rea-  
præsentauit.*

*In lenit. lib. 1. Et memoriae vocabulum, quo toties usi  
c. 2. sunt scriptores cæteri, HESYCHIVS quoque  
usurpat, inquiens: Comedere nos corpus Christi  
crucifixum, sumentes eius memoriam passionis.*

*Omnium*

Omnium verò clarissimè Augustinus ait, Epist. 29.  
 Sacramentum corporis secundum modum quendam  
 corpus Christi esse: Sicut Sacramentū fidei, id est,  
 Baptismus fides sit. Generaliter verò de Sacramen- Epist. 102.  
 tis inquit, quod res quae significat, accipiat nomē  
 eius rei, quam significat: Dominum item non du- Cōtra Adm.  
 bitasse, ait, dicere, Hoc est corpus meum, cūm sī= cap. 12.  
 gnu daret corporis sui: Et carnem ac sanguinem Contra Fau.  
 Christi post ascensionem per Sacramentū memoriae stum.  
 celebrari: Et in isto sacrificio commemorationem De fide ad  
 esse carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & san- Petrum.  
 guinis, quem pro nobis effudit.

Et in conuiuio ad quod Iudas sit adhibitus, Do- In Ps. 33.  
 minum corporis & sanguinis sui figuram disci-  
 pulis suis commendasse & tradiisse: Eundemq;  
 Dominum portasse se quodammodo, cūm diceret:  
 Hoc est corpus meum.

## Item:

Paneum suo modo vocari corpus Christi, cum rea-  
 vera sit Sacramentū corporis Christi: Et immola. Dist. 2. de  
 tione carnis, quae sacerdotis manibus fiat, Christi consec. ex  
 passionem, mortem, crucifixionem vocari, non rei sent. Prosp.  
 veritate, sed significantē mysterio. Quarens e- In serm. ad  
 tiā, Quomodo panis sit corpus Christi: inf.  
 Ista inquit ideo dicuntur Sacra menta, quia in eis  
 aliud videtur, aliud intelligitur.

Quid ait Theodoreetus? Quām diserte in- Dial. 1.  
 terpretatur verba Cœnæ sacramentaliter?  
 Saluator noster, inquit, nomina commutauit, &  
 corpori quidem, symboli nomen imposuit, symbolo  
 autem

Dialog. 2.

autem Corporis nomen. Causam verò huius permutationis affert, quia Sacramentis utentes voluerit non intentos esse in naturam eorum, quae cernuntur, sed credere ei, quae ex gratia facta sunt mutationi. Nam Dominū symbola visibilia appellatae Corporis & Sanguinis sui honorasse, non naturam mutando, sed gratiam naturae adiiciendo.

Item alimentum Sanctissimum, Symbolum & Figuram esse Corporis & sanguinis. Et diuina mysteria, quae paulò ante symbola nominauit, res praesentare Corpus, quod verè est. Neq; diuina mysteria, post sanctificationem recedere à natura sua, & tamen intelligi ea esse, quae facta sunt, & credi & adorari tanquam illa sint quae creduntur: Et Panem Corporis venerabilem & salutarem typum esse.

Dialog. 3.

Contra Eu-  
tych.

Sed & GELASIVS: Panem & Vinum quae sumimus, Sacraenta vocat Corporis & Sanguinis Christi, nec desinere ait, substantiam & naturam Panis & Vini, & in horum mysteriorum actione imaginem & similitudinem corporis & sanguinis Christi celebrare.

Et Beda: Pro carnē Agni & Sanguine (id est loco veteris Paschatis) suae carnis sanguinis & Sacramentum in Panis & Vini figura Dominum substituisse ait, & Panem ad Christi Corpus, & Vinum ad Sanguinem mysticū seu significatiū referri.

De Corp. &  
sanguine  
Christi.

Magna etiam pars libri BERTRAMI in eo consumitur, Ut in Pane Eucharistico doceat corpus Christi tam verum & naturale, quam spissatum.

Super caput  
xx, Luce.

*rituale, id est, Ecclesiam figurari: & Corpus illud Christi quod per mysterium geritur secundum quemadmodum corpus Christi cognosci, & modum istuc in figura esse & imagine. Cöcludens etiam disputationem eam: Ex sacris scripturis, & patrum testimonijs evidentissime demonstratum esse à se asseverat, quod panis qui corpus Christi appellatur, figura sit, quia mysterium.*

Postremò quid de Sacramentorum natura (ex qua, locutiones Sacramentales dependet) Serm de C. D.  
*magis perspicuè dici potest? quam, quod Bernhardus Sacra-menta in illarum rerum genere ponit, quæ propter alia designantur, & dicuntur ac sunt signa. Idque exemplo annuli ad investendum de-bereditate aliqua dati, declarat, & ad Eucaristiae participationem nominatio accommodat.*

Hæc igitur tot & tam clara testimonia pa- ΕΠΙΛΟΓΙΑ  
 trum orthodoxorum, Cùm in appendice μος sum-  
 Tractatus de Sacra cœna, ad hinc finem re- mariz repre-  
 citauerim, ut de Sacramentali Verborum Cœnae titionis di-  
 interpretatione liquido constaret: cumque sin- etorum, que  
 gula, quæ citavi dicta, scopum quem præfix- in appendi-  
 um mihi habui, attingant, sine vlla deprava- ce recitata  
 tione, detorsioneque in sensum alienum aut sunt.  
 peregrinum: an non potiori iure ad iudicium  
 piorum Magistratum, & bonorum ac verè  
 Christianorum omnium provocare mihi li-  
 ceat? ut in imposturā, fraudulētiam, falsitatem Ha- Retorsio eri-  
 melmaniacam, in libelli mei scopo dolosè per- minationū  
 uerēdo, & in temere falsoq; me accusando Hämelmaniacarum.  
 (quasi

(quasi causam nullam habuerim, haec solum, quod recitaui, non alia dicta eligendi, quae ad alias doctriinae de cena Domini partes spectant) denique impudenter mihi obijciendo (quasi naturam horum dictorum sententiam corruperim, & falsarij instar deprauauerim) videant, cognoscant, dijudicent.

## QVIBVS ARMIS H amelm. pugnet contra testimoni nia à me allata.

Magis autem patebunt Sinoniacæ artes Lisenlati istius Hamelmani, si in apertum porro produxero, quibus armis contra hæc ipsa, quæ à me de Sacramentali Verborum cœnæ interpretatione allata sunt dicta, pugnandum sibi esse censuerit. Præterquam enim, quod cauillatur perpetuo, me quædam patrum dicta omisisse: Quæ (ut toties iam ex me dictum est) ex appendicis titulo & Epilogo: ex ipsa testimoniorū citatione: ex diversitate membrorum, quæ in controversiâ Dipniacam veniunt: ex Tractatus de cena explicatione: ex huius item conclusione, apertissime appareat, non pertinuisse ad institutum meum, id est, finem seu scopum mihi in appendice propositum: Quod & Hamelman, si vel mica candoris in eo fuisset, animad-

aduertere atque intelligere ex tot argumētis atque indicijs facile potuisset) equidem neminem adeo stupidum esse, mihi persuasus, qui non ad fallendum decipiendumq; lectorum incautum, & ad me iniuste deformandū, ab Hamelmano comparata sentiat, quacunq; mentiendo & calumniando opponere libello meo studuit.

Calumniatur mox initio, quod in titulo appendicis dixi collecta, & ubi opus fuit, explicata à me esse testimonia veterum scriptorum insigniora de sacramentali verborum cœne interpretatione. Si indigent, ait, veterum scriptorum testimonia explicationibus: cur loco testimoniij adducuntur? Et quid illorum prosunt nobis testimonia, quæ abhuc aliorum opus habent explicationem? O ratiocinationem brutam, & vere Hamelmaniacam. Cur enim dicta, etiam scripturæ sacrae recte explicata, vocantur testimonia? Cur Cyprianus, Apostolos ait, debuisse exponere gentibus, quomodo vinum & panis sanguis & caro Christi essent.

Iti te ergo Hamelmane verissime quadrat, quod falso nobis obijcis, Intelligat lector te, pro forma usurpare dicta veterū, ut videaris à veteris Ecclesiæ doctrina alienior. Interim te sumū simplius cioribus vēdere, quādoquidē dicta patrū, non iuxta proprium & genuinum illorum sensu, sed iuxta tuā mentem intelligi vis.

Tuum etiam, & ad te pertinens hoc Epiphō-

Paradoxum  
Ham. quod  
patrū dicta se  
explicetur,  
nullius sint  
authoritatis

C pho-

pihonema est: quo uti tibi h̄ic libuit: Benes  
seres habet. Sic forex se statim prodit. Sic falsi-  
ficator suo se laqueo capit, & in foueam incidit,  
quam alijs fodit Hamelmanus.

Nam cur non vna litura deles Hamelm.  
scripturam sacram? Cur Patrum libros non  
in vniuersum aboles? si dicta illorum vt te-  
stimonia allegari non possunt explicatione  
vera addita? Cur ipse verò licentiam tibi su-  
mis, sinistrè explicandi scripturæ & patrum  
dicta contra ipsorum mentem? si explicati-  
oni dextræ, cum perpetua sententia scriptu-  
ræ & Patrum congruenti, locum relinqu-  
non vis in Ecclesia?

## RESPONSTO AD QVÆ-

stiones Hamelmani.

**Harm. cōtro-** Quæstiones postea Hamelmanus subiicit  
de quibus inter se & Orthodoxos (quos Cal-  
uersiā ponit uinistas insulte vocat) disputatio fit, easque  
in eo, de quo in hanc summam tandem contrahit: Dispu-  
tatione cōtrouersia tari h̄ic tantum, quid in cœna Dominica sit, exhibe-  
atur, sumatur, edatur, & bibatur. At si in hunc  
modum cōtrouersiæ status formetur, res  
tota transacta, & disputatio plane confecta  
est: Cūm nemo neget: In v̄su Cœnae legitimo  
ipſissimum corpus & sauguinem Christi adesse, ex-  
biberi, sumi, edi, bibi, ino etiam beneficia eius  
omnia nobis communicari.

Explicit verò Hamelman ambiguas istas  
voces

Quid sit res  
signata in  
C. D.

Voces suas, quibus fucum lectori facit in Ham. ambiguis questionibus à se propositis: *De sumptione corporis & sanguinis simul spirituali & corporali: & manduca-*  
*tione fidei & oris, & discriminem spiritualis ac sacramentalis manduca-*  
*nionis se-*  
*nex addiscat, cum Plato felicem eum praedicet, qui etiā in senecta sententias veras assequitur. Tel.* Calumniæ lat calumniias suas de corpore Christi in cœli cœna presentia corporis Christi ex coena subla-  
*to loco affixo, ibi semper hærente ut in actione cœnae Dominicae esse non posse: cum aliud sit:*  
 Corpus Christi in terris esse: aliud in actione seu vsu cœnae nobis præsens adesse. Aliud item sit loqui de φιλοσοφίᾳ corporis Christi, secundum quam nobis est præsentissimus alius vero de situ loci, secundum quem liberime est in cœlis: non autem pani inclusus est. Nam & tunc cū primā cœnē institueret, loco à pane disjuncto atq; separato fuit, neutiquā pani, quē in manus discipulorum præbebat, inclusus, neq; cum, ad quem in mensa sedebat, locum seu visibiliter seu inuisibiliter mutans.

Sobrius etiam Ham. aliquando cū fu-  
 erit (nam poculis deditum esse publica nō  
 prorsus volat irrita fama per auras) confide-  
 tet, quō φιλοσοφίᾳ seu contentionis studium  
 cum abripiat? Si (verba cœnae singula, cum  
 forma seu modo prædicationis confundens) has  
 propositiones, Hoc est corpus meum: Hoc est sana  
 gnis meū, simpliciter, id est, propria & regularia  
 C 3 prædia

prædicatione vult intelligi? cū ne Lutherus quidē  
identicā prædicationē admittat: & Syncedoechen vſ/  
trō concedat: Papistæ etiā à quibus ratus & vn-  
ctus est Hamel. (ipse quoque olim sacrificu-  
lus pontificius) ingenue fateantur, Si Panis  
Eucharisticus substantiam suam retineat, impos-  
sibile esse per omnem potentiam, banc propositio-  
nē simpliciter intellectam, Panis est corpus Christi  
st̄i, propter contradictionis impossibilitatem.

Post hæc accedit ad dicta scriptorū ve-  
terum Hamelman hac præfatione præmis-  
sa: Consideremus, inquit, manca, mutilata, & ina-  
uersa à Pezelio Patrum dicta: ut lector intelligat,  
ipsius dolū, inuersiones, peruersiones, elusiones in  
citatione testimoniorū veteris & eruditæ Ecclesie.

Ego vero lectorum hortor, quantum pos-  
sum, vt mea cum Hamelmaniacis diligen-  
ter conferat, & attente secùm consideret,  
Mihine an Linsensato isti Theologo, elegia  
ista competant?

## DE DICTIS IGNATII.

In Ignatij Martyris dicto excutiendo, ne-  
gat hunc sanctutri Episcopum dicere: Pa-  
nem esse symbolum Carnis Christi in cena Do-  
minica: Negat eum dicere, Panem non propri-  
ne, simpliciter carnē Christi esse, sed secundū quid,  
scilicet sacramentaliter. Ait banc mēā glossā esse:

Atqui cur, quod mea sponte fasili sum:  
id dolose Hamel. dissimulat? Dixi Ignatium  
retinere

retinere Christi locutionem, cum perinde sit dicere :  
 Panis est corpus Christi, & Eucharistia est caro  
 saluatoris nostri Iesu Christi? Ad argumentum  
 Verò à me additum, Cur nihil respondet Ha-  
 melman? Cū enim regula sit vniuersalis de Ham. præte-  
 prædicatione regulari, simplici, propria : vt rit silentio  
 quicquid est prædicatum prædicti, sit etiam pre- argumētum  
 dicatum subiecti : Ignatius verò Eucharistiam additum  
 affirmet esse carnem saluatoris nostri, quae pro citationi di-  
 peccatis passa est, & quam pater sua benignitate  
 suscitauit : Neq; de pane simpliciter dici pos-  
 sit, quod passus sit pro nobis aut resuscitatus : An  
 non sequitur necessario : panem propriæ ac  
 simpliciter non esse carnem Christi, sed se-  
 cundum quid, id est, sacramentaliter, quia  
 symbolum est veræ Carnis Christi ? nec  
 nudum tamen symbolum, sed in cuius usu  
 simul fiat exhibitiō carnis Christi.

Quā ipsā exhibitionē, cùm in toto tracta- Calumnia &  
 tu de cœna aperte defendā: quid est quod Sy- mendacium  
 cophanta iste verius, quā Theologus haeresis ticum me esse calumniatur & similes illis, de quibus Ham. Quasi  
 sit apud Ignatium, qui Eucharistiam negarint esse negetur à me  
 carnem Christi, & ut ipse de suo addit, qui in Sacra Eucharistiā  
 mēto Eucharistiae negarint carnem Christi adesse? esse carnem  
 Christi.  
 Neutrū nego: ô bone vir: Interim de modo  
 prædicationis & de modo præsentiae phantasticā  
 opinionem tuam, quę Ignatio in mentē nunc  
 quā venit, probare nequaquam possum. Nā  
 quod rectā & verā locutionē esse ait: Eucharistia  
 est

Hæc expen-  
dat secum  
Ham. si quā-  
do fuerit  
sobrius.

*est caro Christi, sicut verbum caro factum est, quia in utraque locutione duae res diuersae coniunctae sint; quæro ex te D. Linsepsate ( si tantum mihi licere vis ) an non figuratæ quoque locutio-  
nes veram sententiam gignant, etiamsi pro-  
priæ & regulares non sint ? Quæro item, an propositio ista, *Verbum caro factum est*, simpli-  
citer accipienda sit, ac non potius secundum  
quid, id est, per modum assumptionis, ut Apostolus  
nos docuit, *Pbil. 2. Ebr. 2.* ? Quæro denique an eandem rationem esse velis unionis persona-  
lis & sacramentalis, si eandem prædicatio-  
nem ponis in utraque propositione : *Verbum  
caro factum est, & Eucaristia est corpus Christi* ?  
Dices ne eodem modo, res duas diueratas in  
persona Christi : & in sacramento coniungi ?  
Quod si negas fieri, cur modum prædicatio-  
nis eundem esse vis ? Cùm, qualis est res, talis  
sit prædicatio.*

Ham. citat  
ex Ignatio  
quæ ad ne-  
gociū Eu-  
charistiæ  
nō pertinēt.

Quæ ex Ignatio porrò citat Ham. ea par-  
tim ad disputationem nihil pertinent : par-  
tim contra ipsius opinionem fortiter mili-  
tant. Nihil enim de Sacramento Cœnæ in  
his verbis dicitur, quæ ex Epistola Ignatij ad  
Rom. allegat. *Non comedam escam corruptio-  
nis, neq; voluptates huius vitæ desidero : Panem  
Dei volo, panem cœlestem, panem vitæ, qui est ca-  
ro Christi, filij Dei viui, qui natus ex semine Dao-  
nid & Abrahæ, & potum volo sanguinem eius,  
qui est dilectio incorruptibilis, & vita æterna,*  
Non

Non de Pane Eucharistico : sed de ipso Christo, siue de Corpore Christi hic dicitur, etiam extra usum Cœnæ : *Vt Iohan. 6. Ego sum panis vita, qui de cœlo descendi : Et caro mea, quam ego pro mundi vita dabo, verè est cibus, & sanguis meus verè potus.* Enīgitur judicium Hamelmani , in legendis atque citandis Patrum dictis.

Nec verò simpliciter de Eucharistia dictū est, sed de studio retinendæ coniunctionis cum Ecclesia, quod ex Epistola Ignatij ad Ephes, mutilatè & peruersè citat : *Frangentes panem qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, sed viviendi:* Nam Ignatij verba hæc sunt: *Omnes nominatim congregamini una & communi fidei Patris & Iesu Christi ducem sequentes paracletum, obedientes Episcopo & Presbyterio, mente induulta frangentes panem unum.* *Quod pharmacum immortalitatis est, mortis antidotum, vitamq; in Deo concilians per Iesum Christum medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala.*

Quis hīc non animaduertat, quām multis modis verba & sententiam Ignatij corruperit Ham. Qui si etiam quoquo modo ad Eucharistiam ista per vim trahere velit, dicēne, extra usum legitimum, atq; adeò etiam in impijs atque infidelibus panem Eucharisticum, immortalitatem & vitam operari, instar

instar medicamenti siue antidoti, quod morbos pellit, siue quis vigilet, siue dormiat.

Similis deprauatio est sequentis dicti, quod ex eadē Epistola allegat: Festinate accedere ad Eucharistiam & gloriam Dei. Quando enim hoc assidue agitur, expelluntur potestates Satanae. Non tam de Eucharistia, quam de studio fouendi cœtus Ecclesie, & tuendi concordiam publicam loquitur Ignatius: Quod animaduerti facile potest, textu integro inspecto: Sic enim Martyrille: Date operam, ut crebrius congregemini ad Eucharistiam & gloriam Dei. Quando enim saepius in idem loci conuenitis, labefactantur vires Satanae, & ignita illius ad peccatum iacula irritare resiliunt. Vesta enim concordia & consensus fidei, exitium illius, & satellitum eius supplicium est. Vbi hic Iudicium Ham? Vbi fides in citandis dictis veterum?

Vide autem & disputatorem ineptum.

**Ineptiae Ha-** Cūm ad scopum dicti Ignatij à me citati, & mel. in qua-  
stionibus a-  
lienis à pro-  
posito mo-  
numenta re-  
spondere  
non potest.  
ad argumentum, quo probaui, Sacra-  
mentalem esse hanc locutionem, quod Euchari-  
stia sit Caro Christi, respondere nihil pos-  
sunt: ad questiones, partim extra controversi-  
am politas, partim ab instituto libelli mei  
alienas dilabitur. Idque non hoc saltem  
in loco facit, sed ineptijs similibus in omni-  
bus fere dictis sequentibus ludit. Quod ne  
subinde repetere cogar, satis mihi sit, semel  
hac de re monuisse lectorem. Cum

Cum enim disertè recitarim verba Ignatij,  
 Quibus Eucharistiam dicit esse carnem Christi;  
 quid est, quod Hamelman, si quid in me sinceritas  
 & honestatis sit, ostendere me iubet, ubi hic  
 Martyr expresse dicat, Eucharistiam non esse car-  
 nem Christi? Deinde cum hæc propositiones,  
 Panis est corpus Christi pro nobis traditum: Et  
 Eucharistia est caro pro peccatis nostris passa et res-  
 suscitata, & equipollentes sint, cur cum per-  
 picue probauerim, Eucharistiam non simpliciter,  
 sed secundum quid esse carnem Christi.  
 idq; refutare Haimel. non potuerit; cur in-  
 quam, Rursus ex Ignatio me respondere iubet, quod  
 figurati sunt verba institutionis intelligenda? An  
 enim qui Sacra metalliter loquitur, figurā fer-  
 monis excludit ( sicut Lutherus ipse super caput  
 Esa G. loquitur ) qua res lignata prædicatur de  
 signo, non simpliciter & propriè, sed secun-  
 dum quid?

Iam quod ex Ignatio præterea me demonstran-  
 re iubet: Non esse, nec sumi carnem Christi in cœna  
 Dominica: Id nec ad scopum appendicis, quā  
 oppugnandam suscepit, spectat, & alioqui  
 extra controversiam est, cum nemo Ortho-  
 doxorū huic propositioni dextrè intellecte  
 contradicat, quod in cœna Domini sit ac suman-  
 tur caro Christi. Propriè vero loquendo, si car-  
 nem Christi ore corporis sumi putat, ut falsè  
 putat: non negantis, sed affirmantis est pro-  
 bare, ubi Ignatius, ubi cæteri Patres scrip-  
 pserint

tint vñquām, Corpus Christi ore corporeo accipit, propriè non sacramentaliter loquendo?

**H**am, peruersè iubet probare sententiam negandi affirmandi incumbat probatio.

Quid autē stolidius est, quām testimonia Patrum de Sacramētali interpretatione verborum Cœnæ eludere velle, quæstionibus istiusmodi, tūm à proposito scopo alienis, tūm extra controuersiam positis: Cumq[ue] vel pueris illud, quod vulgò fertur notum sit: *Actori incumbit probatio, a negante, de ijs rebus, quæ in controuersiam veniunt probationem requirere, quæ affirmanti incumbit.*

Huius ergo stoliditatis & ineptiarū exempla, cùm in singulis istis chartis Hamelmaniacis occurrant, oro lectorem attentum, ut Hamelmaniacum istud artificium, plenum incogitantiæ & inscitiae obseruet, & hanc perpetuam ipsius consuetudinem esse agnoscat, vt quoties ad testimonia de Sacramentali verborum Cœnæ interpretatione à me allata, ipsi respondendum est, ad ea semper deflectat, quæ aut controuersia sunt: aut quæ à scopo Appendix nostræ sunt aliena: aut quæ ex Patrum dictis sequi nego, ea contineri in illis, probare ac confirmare me jubeat.

## DE DICTIS IVSTINI

*Martyris.*

Omittit Hamelman, quod in libello meo dixi,

dixi: *Iustinum Martyrem promiscue uti explicare*  
*tione verborum cœnae sacramentali: Et verbis ab*  
*ipso Christo usurpati. Mutilat etiam Iustini*  
*dictum à me citatum, omittens hæc verba:*  
*Panem Christus nobis noster tradidit, commemora-*  
*tionem con corporacionis suae propter credentes in*  
*eum, quorum causa patibilis est factus:*

Mutilat & alterum Iustini dictum: *Suppli-*  
*cationes & gratiarum actiones facere Christiani*  
*didicerunt, in ipsius etiam alimonie suae recor-*  
*datione: Omittens que sequuntur: aridae iuxta &*  
*liquidae, In qua & passionis, quam pertulit per*  
*semet ipsum Dei filius, memoria recolitur.*

En igitur fidem Hamelmani in recitandis  
 patrum dictis à me citatis: Et insimulare me  
 tamen audet falsarius, quasi multa falsa, ut lo-  
 quitur affingam Iustino: cùm hoc saltem dixe-  
 tam: Nominari à Iustino Martyre panem & vi-  
 num Eucharisticum, alimoniam aridam & liqui-  
 dam, in quibus sit memoria passionis Christi, quod  
 non de memoria nuda, sed tali intelligendū  
 esse monui, qua fides excitatur apprehen-  
 dens Christum pro nobis passum.

Verum non ex tripode Oraculum verius Scopus rixa-  
 prolatum est, quām si ad scopum rixarum <sup>rū</sup> Hamelm.  
 Hamelmani hæc ipsius verba accommodē-  
 tur: Quaecunq; affert, in eum saltem finem pro-  
 fert, ut incautum lectorē decipiāt, non ut candide  
 agat in instruenda lectoris conscientia. Sed & in-  
 scitia impudentis Hamelmani, qui sine ratio-  
 ne alijs

Ham. muti-  
 lat. dicta  
 Iustini.

Falsatio Hā.

**Inscitiae Hā.  
exempla.**

ne alq̄s abdacet falsitatem objicit, palam sese prodit, cum ex Oratione Iustini ad Anton. Pium, spreta & contempta versione, quam in meo libello maxime perspicuā legerat, aliā substituit obscuriorem, & haud satis Grammaticam: nisi aliter, quām ab ipso factum est, notæ commatis distinguantur: Itemq; cum particulas similitudinē ( sicut per verbū Dei incarnatus est Iesu seruator noster, & carnem & sanguinem salutis nostrae causa habet: Sic & bunc eibum per preces verbi eius ab ipso profecti sanctificatum, illius incarnati Iesu carnem & sanguinem esse edotti sumus ) ita urget, vt explicite inde conetur, utrobique substancialiter coniunctas esse duas naturas.

**Vnio sacra-  
mentalitatis  
to  
to genere  
diuersa  
ab vnione  
personalitatis.**

Etsi autē nemo negat, in cœna Domini si legitimate usurpetur duas esse res, terrenā, id est, panem & vinum & cœlestē, id est, corpus & sanguinem Domini: tamē non, vt in persona Christi, diuina & humana natura vnoq; in eo vnitæ sunt: Sic in Eucharistia panis & corpus Christi substancialiter copulata sunt: ac multò minus personaliter.

**Calumniosa  
Interpreta-  
tio verborū  
Theod. Be-  
zze.**

Nec nisi fallacia est, à dicto secundū quid, cūm calumniatur Ham, Theodori Bezze verba Pontificiæ Missæ opposita: Tām procul cor-  
pus Christi abesse à pane, atq; cœlum à terra distet,  
Quod non de præsentia Sacramentali, sed de  
situ loci, seu inclusione locali ille intellexit,  
aut ut loquuntur, de corporali præsentia.

Quām

Quām vero à verbis & sensu Iustini plā- Paradoxum  
ne remotum est, quod Ham. ad ipsissimum cor- Ham. Quod  
pus & sanguinem refert mutationem alimonie, ipsissimo  
per quem Iustinus ait ali sanguinem & carnē no- Christi cor-  
stram? quasi non pane & vino Eucharistico, pore sanguis  
sed ipsissimo corpore & sanguine Christi stra alatur.  
corpus nostrum alatur? cum tamen exprefse  
hoc tribuat Iustinus, alimonie illi sacræ, siccæ et  
aride, quæ est panis & vinum, quæ non sub-  
stantialiter, sed sacramentaliter sunt corpus  
& sanguis Christi.

Nec vero alienum & detortūm tantūm est,  
quod Hamel. mutationem illam alimonie sacratæ,  
ad corpus Christi transfert, sed etiam articulis  
fidei contrarium. Itaq; absurditatē dogma-  
tis sui Hamelman, tandem ipse agnoscere  
coactus, mutationem illam, non de concoctione alia  
qua, qualis est in reliquis cibis (quām Physicam  
mutationem rectè nominari, omnes præter Linse na-  
satum istum Theologum intelligunt) sed de nostræ  
naturæ mutatione in naturam corporis Christi, id  
est, immortalitatem, gloriam, vitam, interpretan-  
tur, siquidem alimonia corporis & sanguinis Chri-  
sti non mutetur in nostram carnem & sanguinem, Aliud pes  
sed mutet nos in se. Quod etsi suo loco recte liud Cytha-  
dicitur, tamen cum Iustini verbis non con- ra sonat,  
gruit, qui ex alimonia per preces verbi sacrata que  
est, Panis & vinum Eucharisticum (Nam cor-  
pus CHRISTI nequaquam sanctificari per pre-  
ces incipit) Sanguinem & Carnem nostram ait,  
per

*per mutationem ali. Nequaquam autem hoc  
loco dicit, Corpora nostra in naturam corporis  
Christi mutari.*

*Mam. proba-  
re iubet, quæ  
luce meridi-  
ana clariora  
sunt ex ipsis  
verbis Iusti-  
ni.*

Postremò quid ineptius est? Quam quod de-  
monstrare me Hamelmanus iubet, perspicuis Ius-  
tini verbis, quod verba Christi sint figuratè in-  
telligenda, & quod alimonia panis sit sacramenta-  
lis perspicua verba sunt, quæ ex Iustino re-  
citaui? Commemoratio, Recordatio: me-  
moria, quibus, cùm de pane Eucharistico  
expressè vtatur, an non sacramentaliter, do-  
cet, verba Cœnæ accipienda esse? Quid est  
autem sacramentaliter loqui, nisi per figurā  
sermonis, & secundum quid, non autē sim-  
pliciter prædicare rem signatam de signo?  
De quæstionibus, quas non minori ineptia  
simul miscet, meque ostendere iubet, ubi  
Iustinus dixerit, Corpus & Sanguinem Christi,  
animo & fide suscipi: & verba illa, edite & bis-  
bite, in institutione Christi non propriè intelligen-  
da esse: & Christum non posse cum sua carne esse  
in cœna, & cum pane sumi, breuiter illud re-  
peto, quod sub finem dictorum ex Ignatio  
monui, alienas à proposito libelli mei quæ-  
stiones illas esse: Et quia plenæ sunt ambi-  
guitatum, lectorem oro, vt si de his senten-  
tiæ meam requirit, iustum earum explica-  
tionem ex Tractatu de cœna assumat, nec  
calumniatori isti temerè assentiatur, quæ  
ista

De dictis Irenæi & Clementis.

83

Ista simpliciter à me negentur. Ipsi vero Ha- Epiphone-  
melmano remitto Epiphonema, quo locum ma in Ham.  
hunc concludit : & quo nemo quām ipse est retortum.  
dignior : *Fides mendaci habenda non est* : Circū-  
rexit enim mendax iniuria quemq; atq; vna-  
de egressa est, ad eum plerunque reuertit.

DE DICTIS IRENÆI:  
& Clementis.

Antequam ad dicta Irenæi, quæ citauī in  
appēdice, accedat Hamelman: ex Clementis  
Alexandrini scriptis quædā profert, quæ sco-  
pum libelli mei de Sacramentali verborum  
cessuā interpretatione prorsus non attingūt,  
vt mirari eum, cur non citauerim illa, valde  
absurdum sit.

De effectu autem Eucharistiæ, & modo  
participationis corporis & sanguinis Christi  
ad suam ipsius opinionem confodiendam,  
tela affert Hamelman allegans *ex libro 2. Pae-* Ham. tela  
*dagogi: Eucharistia est bona gratia, cuius qui per contra se af-*  
*fident ex Cle-*  
*menti Ale-*  
*xand,*  
anima. Item: *Bibere Iesu sanguinem, est*  
*participem esse incorruptionis Domini. Hæc quo-*  
*modo conciliabit cum orali sua manduca-*  
*tione, propriè & ad literam accepta? quo-*  
*modo cùm communione corporis Christi,*  
*quam Iudæ, & fidei omnis expertibus tribu-*  
*re solet.*

In

In Irenæi autem dicto, quod ex libro 4.<sup>a</sup>  
cap. 32. citauit, omittit Hamelman. quod dixi,  
*Irenæum Christi verba imitatum esse, cum ait.*  
*Christum confessum esse, panem qui est creatura,*  
*corpus suum esse, & calicem sanguinem suum.*  
*Quod autem dixi, Ireneum non sentire panē trans-*  
*substantiari, aut in panis substantia contineri ( ad*  
*lioquin enim non calicem sanguinem esse, qui certo*  
*non transubstantiatur, neq; panem corpus Christi,*  
*sed in pane corpus Christi inesse dicturum fuisse:*  
*inique me agere queritur, quod ipsi transubstan-*  
*tiationem affingam: Iniquius autem facere, quod*  
*Ireneum non sensisse, dicam: Corpus Christi con-*  
*tineri in panis substantia. At cur verba cœnæ*  
*simpliciter & ad literā accipi vult? si Tran-*  
*substantiationē vere abiecit? quā scit apud*  
*pontificios ( apud quos ante annos 42. te e.*  
*gisse scribit ) hoc ipso prætextū theri, quia*  
*verba Christi ad literā intelligenda sint, præ-*  
*dicatione idētica? Cur vero in substantia pa-*  
*nis cōtineri corpus Christi singit, quod inco-*  
*lo esse, vel ut Iustinus loquitur cōtineri negat?*

Quam autem literā aut syllabam ex  
Irenæo proferre potest, *Vbi in substantia panis*  
*Sacram. sunt corpus Christi contineri ille affimet?* Nec sequi-  
*signa exhib. tur tamē, panem & vinum, nudas duntas taxat*  
*& applic. figuras corporis & sanguinis Christi esse, vt*  
*calumniatur Ham. Etsi in substantia panis*  
*non contineatur substantia corporis, cum*  
*nemo non libenter fateatur, ea signa esse ex-*  
*hibitio-*

hibitionis & applicationis corporis & sanguinis Christi, & omnium beneficiorum eius, ad singulos fideles.

Nec de dictis Irenæi affert Ham. noui aliquid, quod in priori dicto à me citato, non contineatur: cùm ex eodem libro 4. cap. 57. Hamel. in hæc verba Irenæi allegat. *Christus panē huius citandis pā, creature accepit, & confessus est suū corpus esse, trum dictis & temperamentū calicis suū sanguinē*, Nisi quod videri vult copiosus, si explicans Irenæus, temperamentum calicis multa eiusdē authoris nunc nominat. Vbi verò hic monstrare nondicta similia bis potest Ham. in substantia panis corpus Christi inculceret, sti, aut in substantia vini & aquae ( Id enim est temperamentum illud calicis ) contineri sanguinis Christi substantialiter, qui in venis Christi erat, nec dum effusus ex corpore eius, quando in prima cenae institutione Christus calicem professus est esse sanguinem suum?

Ad locum verò ex codé libro cap. 34. à me citatum & explicatum: *Qui ex terra panis est percipiens vocationem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti &c. exclamat Hamelmā. O de- prauationem impiam, o falsitatem scelestam? Quae pag. 13.*

verò illa mihi aries? Nonne, inquit, hic pius Ham. certas, Pater, & martyr dicit, duabus rebus constare Eu- men fingit, charistiam: Ergo verum est illas duas res esse ubi certamē & sumi in Eucharistia. Haec sunt ipso sole nullum est clariora. & iste tamen impostor vult nebulosa  
D sus

*Sua detorsione, tām clara Martyris dicta obscurata  
ac deprauata.*

Quid mirum est, cūm Pharisæi Christum nominare impostorem ausi sint, ab Ham. me simili contumelia affici? Sed qua litera aut syllaba probare potest, vñquam à me negatum esse? In Eucharistia, si legitime usurpetur, esse & sumi rem terrenam & rem cœlestem. Tollerat vero ipse nebulas corporalis præsentia ad locum panis, tollat tenebras illas Cimmerias de orali sumptuōe corporis, propriè, non sacramentaliter intellecta, & erit certè sole ipso clariora Irenæi verba, cui in mentem nunquam venit, quod Ham. falsè sentit: eodē in loco sisti corpus Christi, ubi panis est, eodemque siue modo siue organo oris corporei propriè ac simpliciter percipi corpus Domini, quod ne in prima quidem institutione cœnæ ad locum panis fuit, neq; Ora vescientium discipulorum subiit, certo ac circumscripto loco ad mensam assidens, neq; vel visibiliter vel inuisibiliter locū suū mutans.

An vero arietein syllogisantem non agnoscat lector, cūm ex Irenæi verbis (quod per sumptionem Eucharistiae corpora nostra spem & terrena & habeant resurrectionis ad vitam æternam & in cœlestis res corruptibilem) per fallaciam à non causa ut percipiatur. animo per fidem nos accipere corpus & sanguinem cum

in pane & vino. At Irenæus eo ipso, quod rem terrenam & rem cœlestem diuersis nominibus discernit, vnumquodq; suo modo percipi, non absurdè innuit. Ham. verò mox alienum in locum intempestiuè transferens, quæ de causa, cur panis Eucharisticus, iam non sit communis panis, dixeram: videlicet quia ad hunc usian destinatus sit, ut confirmationi fidei serviat, de Christi corpore pro nobis tradito nobisq; communi= Ham. repre= dicato: quid nisi Dictatoris personā sibi rur= hendit pro= fessum in Ecclesia, cum sine refutatione, si= libitu, quæ ne argumēto ullo exclamat: *Hoc me est citare* refutare non potest. Ireneum, vel potius manifesta ipsis verbis corrum= pere? Quam exclamationem videt lector, quam facile in ipsum retorquere possim, atq; illud insuper addere? *Hoc me est respondere,* an quæ rectè dicta sunt prætoria potestate da= minares?

Quales autem ineptiæ sunt, cum peruersos pag. 14: rem ac falsificatorem verborum Irenei me proptes Ham. depræ= rea nominat (quod rem cœlestem corpus Christi ab uatione ver= Irenæo vocari dixi, quia in celo est, & vitam ce= borū Irenei lestem in nobis alit, & modo cœlesti, id est, fide= vocat, si quid editur) exclamans bachantis in morem: *Vbi Ireneus* bona cons= us hæc profert? *Vbi hæc scribit?* *Vbi verba ista* quentia inde= deprauatoria in Ireneo habentur? *Hoc me est citare* inferatur, Patres? videlicet deprauare, falsificare, & in alienum sensum torquere?

At verò Aries, cornūpetæ, an non hoc est ineptire? Quod ex appellatione rei cœlestissi-

optima consequentia deducitur, vel potius quod in hoc nomine continetur id, quia animus tuus prauis opinionibus imbutus est, depravatione nominare; & ut alienum à mente Irenæi reiçere? Probare me vis ex Irenœo, ubi, quando, & quomodo expressis verbis

**Ham.** iubet dicat: *Corpus & Sanguine Christi ita in celo esse,* probare ea, *ut in sacra Eucharistia non porrigitur Christianis?* quæ ipse per Tu vero cur probationem à me exigis, eorū, calumniam quæ à me nec dicta sūt, nec Irenæo a scripta? tribuit alijs. Cur de tuo assertis, *ita in celo esse corpus Christi, ut in Eucharistia non exhibeat?* cùm praesentia Christi in celo tam nō tollat ~~non videt~~ corporis in cœna, quām, quod Christus corpore suo in prima cœna appius aut remotius alijs atq; alijs discipulis alidens nequaquam loci sru impediri potuit, quin dato pane, daret etiā corpus suū, sed vtrumq, suo modo.

**Implicatio** *pore Christi negare non auis?* modo cœlesti, contradicti- id est, fide comedî negas? Vbi verò in Irenæo onis, corpus legisti? Orc corporis, id est, terreno modo Christi esse rēcœlestem, atq; organo percipi corpus Christi propriè & tamē ore corporis loquendo? Quod si scriptoris huius autoritatem affirmare vis, cur à me negationis probationē postulas, temerariè autē tuę alleuera-

**Quæstiones****Ham.** incur-

rētes in falla tua est Linsenlate Hamelmane,

ciam conse- lans ait: *Quare ex te, an etiam Christianus autē**externus*

externa, Rom. 10, & aure interna per fidem verbi  
percipiat ex praedicatione? Et rursus quaero ex te,  
an etiam totus homo renascatur in Baptismate tam  
animo, quam corpore? Unde inferre conaris: falso  
a me dici, corpus Christi tantum esse cibum an  
nimæ.

At ego vicissim ex te, ô Magister noster,  
quaero: Idem ne tibi sunt? prædicatio verbi con-  
stans sono transeunte, & virtute manente? Itemq;  
baptismus in quo est aqua corpus ablrens & spiri-  
tus animam regenerans? Et Corpus Christi? Quod  
nō signū & rem signatā simul: ut Baptism⁹ &  
cœna Domini, sed ré signatā tantū significat?  
Si cœnam Domini dixisses, non tantum ani-  
mæ cibum, Sed etiam corporis alimoniam  
esse: fatetur non minus hoc verū esse, quam  
quod de prædicatione verbi & Baptismo que-  
rendū tibi putasti. At corpus ipsum Christi,  
animæ tantum cibus non est, cur non ven-  
tris quoq; cibum esse aperte profiteris? & illa  
aurea verba ex Liturgia Saxoniarum Ec-  
clesiarum aboles? Das Christus vns im Xo-  
bendemahl sein Fleisch zu einer Speis/ vnd  
sein Blut zu einem Trank/ nicht des Leibes/  
Sondern der Seelen gegeben habe.

Corpus  
Christi ci-  
bus animæ.

Rursus etiam falsificatorem me vocat Hamel pag. 15.  
manus, quod scripserim, Irenæum Non dicere  
Panem sacrū ita duabus illis rebus, terrena & cæ-  
lesti constare, vt cum ferrum ignitum dicimus con-  
Raro ex ferro & igne: aut hominem ex corpore  
D ; & anima.

& anima: Sed quia Eucharistiae vocabulum relatum est, ita Eucharistiam docere ex re terrena seu symbolo, & re illa cœlesti constare, ad cuius testificationem ordinatus est panis: ut si aquam Baptismi dicas, non communem esse aquam, sed lumen sacramentans duabus rebus, aqua tanquam symbolo ex anno, & ablutione a peccatis per sanguinem Christi, ac regeneratione spirituali per spiritum sanctum, tanquam resignata.

Quæso te lector, vt animaduertas, quid hic proferat Hamelmanus, quo falsificatore me ostendat? Dic, inquit, an Ireneus dicat de passione sacro: aut de Eucharistia, constante duabus rebus? Imò verò Irenæi verba religiosa fide retinui: qui utrumque dicit: Primum quod panis: postquam percepit vocationem Dei, iam non sit panis communis, aut vulgaris, sed Eucharistia, quod non est absolutum, sed relatiuum vocabulum, vt sacramentum, vt Baptismus, vt cœna Domini, Deinde hanc ipsam Eucharistiam ait ex rebus duas constare, id est, in vero ac legitimo usu Sacramentaliter coniunctam esse rem terrenam & cœlestem: seu, quod idem est, exhiberi in cœna Domini, non symbolum nudum, sed simul etiam corpus, tanquam rem signatam.

Panis est Eucharistia, quia est quidam quo ad agendas gratias excitat: propriè loquendo panis non est ipsa gratiarū actio.

Somniū de inclusione corporis in panem.

Quād futile est autem, quod Ham. ait? Nihil Ireneus dicit de ferro ignito, nihil de anima & corpore. Quomodo enim hoc diceret, quod multis s̄eculis p̄st, excogitatum est, etiam somniarunt aliqui, praesentiam Corporis Christi

*Christi substantialem in pane, similem mixtionis  
ignis cum ferro, aut copulationi essentiali animae  
& corporis in homine.*

Hoc somnium, cum re ipsa retineat Hamel. qui co-existentiam corporis ad locum panis, seu immanentiam corporis in pane pertinaciter defendit: sciat contra se pugnare ista, quae fatetur, non habere Irenaeum, & desinat huius autoritatē opinioni suę prætexere, de consubstantiatione, seu copulatione substantiali, & quasi ferruminatione corporis & panis.

Quid verò aliud assert Ham. etiam in se- Collatio Pa.  
quentibus, quām vt meam sententiam con- ptismi &  
firmet: suā ipse imprudens euertat? Exem- C. D. ad re-  
plo Baptismi ostenderam, quomodo Eucaris- futandā in-  
stia ex duabus rebus constet: ac mox subjeceram: clusionem  
minimè sequi, quod aut sanguis Christi aut spiritus corporalem  
sanctus, quod ad specialem præsentiam attinet, in-  
clusus sit aqua, aut ablutio à peccatis & regenera-  
tio contingat ex opere operato aqua ablutis. Hic  
bellus disputator Hamelman. Vide, inquit, De similibus  
lectio, ubi dicit Ireneus de aqua Baptismatis, ubi idē iudiciū  
de inclusione, aut de opere operato? At similium  
quatenus sunt similia, eadem est ratio. Ut  
panis sacratus non est panis communis: sic  
aqua Baptismatis non est aqua vulgaris, sed  
est lauacrum constans symbolo externo, &  
re signata. Ut autem nulla inclusio sanguis  
Christi aut spiritus sancti in aquam Ba-  
ptismatis

ptissimatis imaginanda est: neq; ex opere operato, id est, ex sola aspersione aquæ pendet regeneratio: Sic in pane nulla sit inclusio corporis Christi, nec prodest panis Eucharistici māducatio sine fide: Vbi ergo Hamelmane consubstātiatio tua? vbi oralis mōdūcātiō, cūē perceptionem corporis Christi tribuis etiam in luda & cæteris infidelibus.

**Paradoxum**  
Ham. quod  
corpus Chri-  
sti etiā cor-  
porū nostro-  
rū alimonia  
sit.

**pag. 15.**  
Quomodo  
per Euchari-  
stia confir-  
metur spes  
de resurrecti  
one corporū  
ad vitam æ-  
ternā.  
Ham. allat-  
rat temerē  
quæ refuta  
re nō potest.

Redit postea Hamelmanus ad illud suum paradoxum, quod corpus & sanguis Christi, non sint tantum alimonia animæ, sed etiam corpori nos- strorū. Et hanc causam esse fingit, cur corpora nos- tra spem vitæ æternæ habeant. At vero falla- ciā hanc esse causæ non causæ, paulo ante dixi: Et ut res intelligatur planius, repeto, quod in libello meo scripsi: *Inde esse spem vir- tue eternæ, quia anima fide percipit in Eucharistia, seu cœna Domini alimoniam cœlestem, quam vita eterna consequitur: Corpus vero huius alimonia symbolo, id est, pane Eucharistico vescitur, ideoque de resurrecti etiam de corporis resurrectione ad vitam æternam corporū nam fides nostra confirmatur in vſu cœna Domini ad vitam æternam.*

Ad hæc quid Hamelmanus? Mea se verba audire ait, non Irenæi. At sic sunt mea verba, vt à sententia Irenæi non discrepent. Cur autem non refutat rationem geminam, qua declaratio verborum Irenæi nititur? Quibus rebus inquit Irenæus, cōstat Eucharistia: Ergo & corpus & anima habet in vſu Eucharistie, quod

quod sibi propriè competat, Et ut panis ac corpus Christi non sunt res una, sic neq; anima panē, neq; corpus nostrū carnem Christi percipit, sed symbolo externo corpus, re signata anima fruitur. Altera ratio fuit, vita & gloria sempiterna non à corpore ad animam, sed ab anima ad corpus transit. Ergo corpus quāquam mortuū habet spem resurrectionis ad vitam aeternam, quia anima, quæ passitur vivifica carne Christi, initia habet vitæ aeternæ, & dissoluta etiam à corpore massam sōciam desiderat, cum qua rursus sit copulata in tota aeternitate.

Hæc argumenta silentio transilīt Ham. (cūm non habeat, quod opponere possit) & conuictiando, causæ suæ morbum tegere studet. *Vos, inquit, verba authoris sinistre & improbè, depravatis, & falso explicatis: non verba authoris retinetis, nec intelligitis ut scripta sunt.* Attu Ham. cur huius ipsius authoris regulā nō cogitas, oppositā ijs, qnti literā vnius loci sic vrgēt, vt sensū negligāt? *Multa malè interpretari oportet eos, qui vnu nō volunt recte intelligere.*

Addidi & tertią rationē explicationis tentiae Irenæi: *Si ex eſu corporali carnis Christi corpora spem vitæ aeternæ habent, erit hæc spes vitaæ aeternæ etiam impij certa atque indubitata, quibus Ham. & eius complices eſū corporalem carnis Christi cum p̄ys tribuūt. At impij non habent spem resurrectionis corporū ad vitam aeternā. Ergo non est corporalis ejus carnis Christi: neq; si talis singatur vitæ aeternæ causa esse potest.*

Lib. 5. contra hæres.

Hanc

Petitio prin- Hanc rationem repetit quidem Ham. sed  
cipij Hamel. per principij petitionem eludere conatur,  
pag. 16. *Impy, inquit, ad iudicium indigne sumunt, non  
ad salutē. quasi verò hoc ipsum nō sit falsum:  
Impios indignè fieri participes corporis Christi pro-  
priè loquendo? Et cum, qui particeps fiat corporis  
Christi iudicio esse obnoxium: cùm Christus dicat:  
Amen amen, dico vobis: Quicunqz carnem mean-  
edit, & biberit sanguinem habet, vitam eternam.  
Et ad modos dicendi per se pertineat, attribuere effectus proprios suæ causæ. Crede  
igitur mihi, mi Hamelmane (vt tua tibi  
verba reponam) nisi maturius conuerteris, te  
aliquando Christus ipse cum omnibus sanctis in  
hora mortis, & in die iudicij, huins falsitatis accu-  
susabit.*

Nec est quod Dn. Philippū tibi ὅμοφύλοι  
singas, qui in Epistola ad Oecolampadium,  
non de resurrectione nostrorum corporum, sed de  
resurrectione corporis Christi loquitur. Et tamen,  
quomodo secundū Canonem Nicenum sacramenta  
sunt etiam της ἡμετέρας ἀναστάσεως symbola,  
ita in responsione sua ad Epistolam Philip-  
pi explicuit Oecolampadius, vt in ea explica-  
tione postea acquieuerit D. Philippus, quem  
Iam. probri  
loco mihi  
objicit, quod  
Philippum  
agnoscam  
præceptor̄.  
adeo non ægre fero mihi objici abs te, quod  
præceptorem habuerim: vt pro hoc benefi-  
cio me gratias immortales Deo debere a-  
gnoscam, qui illum mihi præceptorem de-  
derit, qui me viua voce & scriptis suis do-  
cuit

enit de Christo, ut sciam in quem, & cui credam, nec tuas Hamelmane tuique similiumpphantasias, ineptias, nugas curem, quos magni illius Lutheri vocem audire velim. *Wer* Phil. præcos Philippum nicht für einen Preceptor er-  
kennt/ der mir ein grober vngelerter Bachane  
vnd Esel seyn: Et quod idem paulò ante mortem scripsit: *Quantum boni Deus per hoc suum organum (Philippum) efficerit, non tantum in Philosophia, sed etiam in Theologia, res ipsa testatur, etiam si irascatur Sathan & omnes squame eius.* Id temel tibi responsum sit, Hamelmane ad Ironias tuas, quibus mihi toties in his putidis chartis tuis, Philippi Præceptoris mei nomen exprobras, cuius ego obscuram umbram sequi malim, quam tuam tuorumque solidam & expressam effigiem.

Quorsum verò nisi ad explendas chartas pertinet allegatio prolixii istius loci ex Ireneo lib. 5. Ex quo in meo libello, quæ ad scopum meæ scriptioris propriè spectabant, citaueram? Nam quod Christus verè nos redemerit suo sanguine: quod Calix Eucharistiae sit communio sanguinis eius: quod panē quem frangimus communicatio sit corporis eius, id est, quod panis & calix iste sit, res illa externa & visibilis, in cuius usu exhibetur nobis corpus & sanguis Domini, extra controvèrsiam positum est: nec locum integrum transcribere necesse habui,

quia

pag. 17.  
Ham. citat  
ad chartas  
explendas.  
loca de ijs  
rebus, quæ  
sunt extra  
controvèrsiam.

quia non propositum mihi fuit negare ista : quæ ipsissimis verbis Apostoli ab Irenæo dicta sunt.

**Paradoxon Ham.** Quod ex pane Eucharistico ( quod sacramentaliter est ex ipso corpore Christi ) augeri nostra corpora , Et falsum alantur & augeantur corpora nostra : Quasi vero non satis ipsum refutent verba mox sequentia : ex quibus augetur & consistit corporis nostri substantia . Nam ex quibus augeri , ex iisdem etiam consistere corporis nostri substantiam inquit Irenæus . Sed hæc quoq; non ad panem fractum & mixtū calicem ( quae cum percipiunt verbam Dei , sunt Eucharistia corporis & sanguinis Christi ) sed ad ipsissimum corpus & sanguinem referri vult Ham.

*Qui nomen Sycophantæ , & depravationem mibi propterea obiicit , quod carnis nostræ substantiam negè consistere ex ipso corpore & sanguine Christi ? Quod ipse temere affimat , violenta detorsione deprauans verba & mentem Irenæi .*

**Ham. propter fallaciā modo carnē negent capacē esse donationis Dei , quae & qui uocatiōnis in voce corporis Christi turpiter impingit in mente & verba** Cuius et si hunc quoq; locum citat : quod est vita aeterna , quae sanguine & corpore Christi nutritur : non animaduertit tamen , sanguinē Christi tropicē ponit , pro symbolis corporis & sanguinis Christi . Quod vel ex sequentibus intelligere debet ac poterat , si Hilarij regulam esset securus

etus: Optimus ille lector est qui non importat sententiam suam, sed expectat potius ex dictis, &c.

Quid enim clarius his verbis Irenæi, quam antea citavi in libello meo, & nunc etiam, ut ambiguitas omnis præcidatur repeto: Nō de spirituali aliquo & inuisibili homine dicens haec ( quod sumus os de ossibus & caro de carne Christi ) sed de ea dispositione, quae est secundum hominem, qui ex carnibus, neruis & ossibus consistit, quae de calice, qui est sanguis eius, nutritur, & de pene, qui est corpus eius, augetur.

At bonus iste Linsenfatus, in tanta verborum istorum claritate: jubet me tamen probare: Vbi hoc dicat Ireneus? quod non coperiat ipse in se carni & sanguini haec alimenti in carnis nostræ naturam conuersio ( qua nutritur, augatur & consistat tota ea dispositio, quae secundum hominem ex carne, neruis & ossibus constat ) sed panis & vino Eucharistico, qui suo modo, id est, sacrae mentaliter sunt corpus & sanguis Christi? Atqui si ipse non videt dicere haec Irenæum, an alijs etiam oculos de esse putat? Cur autem non ostendit ipse, declaracione hanc meam pugnare cum Irenæi verbis atque sententia? cum toties hic clamiter: se mea quidem verba audire & legere, non autem Irenei.

Neque vero falsum esse dico, aut Philippum Preceptorem meum arguo mendacij, ut calumniatur Hamelmannus, qui illum in sententijs patrum scripsisse ait: Ad hunc modum ratione-

ratiocinatur Ireneus, non posse carnē prorsus perire, quia corpore & sanguine Christi nutriatur. Nam hæc, ut Sacramentaliter secundum Irenæi phrasin à Phil. dicta sūt: Ita Sacramentaliter quoque intelligi oportet.

Quid autem ad propositam disputationem facit, quod intempestiuè adfert Hamelman Ireneum ex doctrina de Cœna Domini sumere argumentum, quo probet, Christum assumpisse veram carnem & verum sanguinem, qui pro nobis effusus sit: Quia dixerit: Sanguis non est, nisi à venis & à carnibus & à reliqua, quæ est secundū hominem substantia? Hūc cōtra Manichæos & dōctrinā disputandi campum propter ea ingreditur Ham. ut à conspectu absurditatis lectorem auertat, quæ est in hoc ipsius dogmate, quod nostra corpora Christi corpore & sanguine proprio loquendo, nutriantur, alantur, augeantur, & ex eorum substantia consistant. Quo nihil tertiū cogitari aut dici potest.

Et atidet tamen os impudens concludere hunc locum Epiphonemate tali: ut obseruet sancta conscientia nobilis D. Otto à Grunrod (cui libellum meum inscripsérām) quam truncata (vñ loquitur, verè truncus sine capite) & quam fiētē, (cum nibil ipse, nisi mera figura afferat) Ireneum Martyrem citauerim, Addit otiam, conari me decipere D. Grunrodiū, ut per eum vicissim invocens princeps Iuvenis Palatinus Elector Frides-  
ricus IIII, decipiatur,

Quint

**Ham. ad ea**  
digreditur,  
quæ sūt extra  
cōtrouersiā,  
ut absurdita-  
tem suipara-  
doxi occul-  
tat.

**Prouocatio**  
**Ham. ad o-**  
**mnes ordi-**  
**nac.**

Quin ipsos Illustrissimos Germaniae Principes, Illustres Comites, omnes nobiles viros, atque cunctos Christianos, videre iubet falsitatem, quam nulla ex parte demonstrare hactenus potuit in meo libello, Cum singulæ chartæ ipsius falsitatum & corruptelarum plenæ sint, de quibus ad iudicium eorum ipsorum prouoco, quos ficta & simulata hac Apostrophe sua Hamelmanum compellare non puduit.

### DE DICTIS TERTULLIANI.

Ad Tertulliani dicta à me allata ( quorum pag. 20. alterū ex lib. 4. contra Marc. pro libitu suo mutilat ) nihil habet Ham. quod opponat, nisi quod statū causæ mutat, & per calumniam Orthodoxis imputat, quasi panem sentiant ita Calumnia figuram esse corporis Christi absens, ut nudum in Ham. de f. Eucharistia panem accipiamus, & corpus ipsum gura nudas ab sit, & in cœlo delitescat. Huic calumniæ vel millies responsum est, neminem ita obtusum esse, qui asserat omnibus modis adesse vel abesse Christi corpus. Dissidiū verò magis esse, de modo praesentiae vel absentiae, quam de ipsa praesentia. Interim extorsit Hamelmano euidentia verborum Tertulliani hanc confessionem, quod suo modo, ut loquitur, concedi possit, panem Eucharistiae esse signū corporis Christi. Fateatur ergo & hoc necesse est, Tertulliani authoritate pag. 21.

rate recte defendi interpretationem sacramentalem verborum cœnæ.

Quod cùm ad scopū libelli mei propriè pertineret, satismhi fuit duo illa dicta ex Tertull. citare: quibus corpus Christi pane representari, & panem figuram, id est, symbolum corporis esse clare dicitur. Cætera Tertulliani dicta, quae est controu.

Hā. citat ex  
Tertull. de  
quibus nulla  
est controu.

Sacra. opor-  
tuerat esse veras  
figuras: Eius  
autem rei,  
quæ nusquam  
& nulla sit,  
esse potest  
figura vera.

bant, volens prætermisi. Quis enim igno-  
rat? & hunc, & cæteros patres, Dominici cor-  
poris veritatem ex sacramento Eucaristico probaz  
re contra Marcionis Phantasma, de quo in ipso  
libello meo lectorem monui, haec Tertullia-  
ni verba declarans: *Figura non fuisset, nisi ve-  
ritatis esset corpus, id est, nisi verum corpus Chris-  
tus haberet.*

Falsò autem ad oralem mandationem  
detorquet Hamel. Tertulliani illud ex lib.  
de Resurrect. carnis: *Caro corpore & sanguine  
Christi vescitur, vt anima Deo saginetur.* Nam  
corpus & sanguis Christi, sacramentaliter  
po nominatur à Tertulliano sacra symbola,  
quæ prius corporis & sanguinis Christi figuræ  
dixit, Id, considerato loco integro apparebit  
clarus, quem propterea mutilauit Ham. vt  
implicitum dubitationi lectorē dimitteret.  
Sic igitur Tertullianus, collationem Eucha-  
ristiæ cum alijs quibusdam ritibus mysticis  
instituens:

*Caro*

Caro abluitur (scilicet aqua Baptismi) ut anima Tertull. & emaculetur, Caro vngitur (videlicet oleo sacro) ut anima conseruetur: caro signatur (crucis signaculo) ut anima muniatur: Caro manus impositione admibratur, ut anima spiritu illuminetur: Caro corpore & sanguine Domini vescitur, ut anima Deo saginetur. Non possunt ergo separari in mensa cede, quos opera coniungit.

Ex hac collatione rituum sacrorum manifestum est: Tertulliano, non minus in Eucharistia, quam in cæteris quoq; mysterijs, aliud esse, quod exterius corpore sumitur: aliud quod animo & mente percipitur. Itaq; corpus & animam coniungi in opera, eoꝝ nec in mercede seu fructu separari, inquit: significans quod sicut in sacris ritibus corporalia symbola & spiritualia dona coniunguntur: sic & animæ & corporis actiones coniungantur in usu istorum rituum: Nimirum, ut sua sit animæ, respectu spiritualiū donorū, sua etiam carnis, respectumysticorū symbolorū, opera. Fructus verò vtriq; cōmunitatis sit, & ab anima in corp' deriuetur, ut eodē in libro, de corp' rū resurrectione ad vitā æternā inquit: Anima, tanquā sponsam dotis nomine sequetur & caro.

Cōtra oralē verò corporis Christi māducationē p̄priè intellectā suppeditat nobis Hā, ex Tertull. Apologetico arma, citato hoc dīcto (quo ille ad calumniā Ethniconū decarnis humānē esu, & potu humani sanguinis respō-  
E dit.) Non

Ham. tela  
contra oralē  
suā mand. ex  
Tertull. af-  
fert.

Pag. 22.

*Non fieri in cœna sacra Scythicam lanienam carni,  
nec Cyclopicam ingurgitationem sanguinis hu-  
mani.*

In verbo edere ac bibe. Quid est enim laniena carnis Scythica? aut Cyclopica sanguinis ingurgatio aliud, quām quod Ham. pugnat, edi & bibi, propriè re aut litera. ac simpliciter, de corpore & sanguine Christi accia lis s̄c̄lus retinendū ēst, manducaōne, suum illum oralem cūlum Corpus Christi intelligi vult: iam ipse à aut cōstituēdus tropus pro diuersitate cibi & patens. propria significatione verbi (Edere) discedit, & contradictionem implicat, fingens os corporis supernaturaliter edere, cūm o taliter & supernaturaliter edi, ex diametro inter se pugnent.

Quæ præterea ex Tertulliano citat Ham. neque in controuersiam veniunt, neq; scopus libelli mei attingunt: nisi quatenus dixi, patres interdum explicatione verborum cœnæ sacramentali vti, interdum verba ipsa lib. de orat: Christi usurpare: Sic enim Tertull. inquit: de pudic. Corpus Christi in pane censetur: & corpus Domini de Iud. nicum vocatur Eucaristia. Et sic Christus renelauit, panem corpus suū appellans.

Rufus autem Apostrophe intempestiuā Prouocatio compellat Ham. virum nobilem D. Grunrodiū Ham. iterata & Principes: Comites: Barones: Pios deniq; omnes ad omes in Germania: & considerare eos iubet, quod inesa principes, care principem iuvenem Electorem Palatinum, & in errorem trabere voluerim. Sed cum nihil aduersum

aduersum me probare hactenus potuerit,  
locum habeat illud: *Melior non probante, Regus absolvitur.*

## DE DICTIS CY- priani.

De Epistola tertia, quod citavi ex secun-  
do libro Epistolarum Cypriani, gloriatur  
Ham. Eam sibi ante annos 40. notam fuisse, dum  
ad hoc in Papatu esset: Ideoq; se mox ait falsitatem  
deprehendisse in initio. Quæ autem falsitas ea  
est, quælo? Glossam hanc meam esse, balat, quæ  
non legatur apud Cyprianum, quod vino ostenda-  
tur sanguis: & sanguinem esse rem signatam: via  
num calicis esse signum, quo sanguis ostendatur.

Obsecro te vero, lector Christiane, an  
non ad literā ista apud Cyprianum legūtur?  
Non potest, inquit, videri sanguis eius esse in ca-  
lice, quando vinum desit calici, quo Christi sanguis  
ostenditur. An non expressa sunt hæc verba  
Cypriani? Vino, Christi sanguis ostenditur? Vnde  
necessariò sequitur: Vinū esse signum ostendens:  
sanguinem Christi rem ostensam? Quid? quod in  
Cypriano sequitur: Videmus in aqua populi  
intelligi: in vino ostendi sanguinem Christi. Quis  
igitur pessimus ille veritatis testis, quemad-  
modum Ham. hic balat?

Evidenter occasione huius loci, obiter &  
ali in te an scursu innuere lectori volui, in-

E 3 meo

Pag. 29.  
Ham. glossas  
meas vocat,  
quæ ad literā  
in Cypriano  
extant.

meo libello: Quemadmodum nec aqua in populi transubstantietur: nec populus, id est, Ecclesia in aqua substantialiter continetur: Sic nec vinum in sanguinem transubstantiari, nec sanguinem Christi in Christi sub- sanguinem transubstantiari, nec sanguinem Christi in vino contineri substantialiter. At lepidus Ham. de nulla transubstantiatione panis & vini se loqui ait: De sanguine autem substantialiter contento in vino( quæ est illa ipsa inclusio localis damna- phantasticæ imaginationis suæ turpitudinē regat, querit ex me: ubi dicit Cyprianus? sanguis Christi in calice non exhiberi populo Dei? nec in sacramento adesse? Disce vero mi Hā prius, aliud esse, Christi sanguinem exhiberi in calice: & in sacramento adesse: aliud substantialiter contineri in calice.

pag. 24.  
Ham. citat  
aliena à pro-  
posito.

Vt autem rudi lectori oculos præstringat citatione pluriū dictorum, quæ ad metas disputationis propositæ non pertinent: ex eadē Cypriani Epistola loca aliqua, sed truncata recitat: quibus nihil aliud dicitur, quam quod in oblatione Eucharistiae, tūm aqua, tūm vinum calici infundi debeat propter significationem mysticam.

Ham. ad li-  
terā accipit,  
quæ per  
tropum sa-  
cramentalē  
dicuntur a-  
pud Cypria.

Sub finem verò præteriisse me ait, haec verba Cypriani: Quomodo possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi eruimus bibere. Etsi de spirituali quoq; com- munione sanguinis suo loco rectè dicitur: Christianos sanguinem Christi bibere: tamen Sacra-

Sacramentali tropo hic Cyprianus sanguine pro symbolo seu sacramento sanguinis nominat, de quo in eadem Epistola inquit: Quando sanguis vnde dicitur, quid aliud, quam vinum caliceis Dominici sanguinis ostenditur? Idem docet dictum, quod Ham. citat ex lib. 4. Epist. 6: Considerantes idcirco se calicem Christi bibere. (Eis quod antea sanguinem Christi nominauit, nunc calicem sanguinis vocat) ut possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere.

Sacramentalis tropus est, & in sequenti pag. 250 bus verbis: Eucharistiae memor, qui Dominium cum corpus accepit, in ipso Dominum suum compleatatur.

In Dominico corpore, id est, in sacramento Dominici corporis, ait complectendum esse Dominum. Ergo aliud est Cypriano: corpus Dominicum tanquam Sacramentum seu sym-  
bolum: aliud Dominus, ut res signata.

Eniguntur præstigiatores Ham. (quo nomine utrumque ipse hoc loco libuit) & tales ac tam Hamelmanas tum quidem (ut incepte addit) cum vere hoc niaca, sit præstigijs ludere: Quæ sacramentali tropo, quo nullus est apud patres frequentior, dicta sunt: simpliciter & ad literam accipere.

Nec alia est sententia verborum, quæ ex lib. 1. Epistol. 2. Hamelman citare pergit. Quos excitamus ad prælum, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione corporis & sanguinis Christi muniamus. Vbi mox addit Cyprianus, hoc fieri

fieri per Eucharistiam. Et rursus: *Quomodo pro  
notamus eos sanguinem suum fundere, si eis militaturis  
Christi sanguinem denegamus?* Non ministri,  
sed Christi (proprietate loquendo) est munire  
martyres, corpore & sanguine Christi: Item  
denegare ijs sanguinem Christi:

**De Sacramento igitur corporis & sanguinis**  
**dicitur, quod ministri manu sua potri-**  
**gunt. Negat autem Ham. verum esse, quod**  
**tantum spiritualiter, à Christo, credentibus**  
**Parad. Ham. detur corpus & sanguis ipsius. Deleat ergo il-**  
**corpus Chri- lud Baptiste. Ego Baptizo vos aqua, sed qui post**  
**sti propriè me venit, baptizat igne & spiritu. Deleat can-**  
**loquendo in tionem illam Orthodoxam, Gott sei gelo-**  
**manu mini- bet vñ gebenedeyet! Der vns selber hat gespeis-**  
**stri esse, & in**  
**ora commu-**  
**nicantium**  
**se mit seinem Fleisch vnd Blut, &c.**  
**ingeri.**

Item:

**Christus will die Speise seyn / vñ spelsen**  
**die Seel allein (id est, ipse solus pascit ani-**  
**mam) der Glaub will keins andern leben. Et**  
**quod toties apud veteres repetitur, Christus**  
**ipsum, & cibum esse & hospitem.**

Sacramentalis tropus est & in his verbis  
Cypriani, serm. 3. de lapsis, quæ lectorem in  
timore Domini considerare, & expendere  
iubet Ham. *Sanctificata ora cœlestibus cibis: posse*  
*corpus & sanguinem Domini, prophana contagia*  
*& idolorum reliquias respuerūt.* Sed Cyprianus,  
*ut æquipollentibus utitur: nomine cœlestium*  
*ciborum: & appellatione corporis ac sanguinis Do-*  
*minus*

mini: & sacramenta horum intelligit, quæ ex manu ministri in manum & os communicantium ingeruntur. Quod de ipsissimo corpore Christi, dici propriè, tam non potest, quam in primæ cœnæ institutione, Christi corpus ad mensam suo loco assidens, neq; locum suum mutauit, neq; manus aut ora discipulorum subiit, et si panem illum Eucharisticum ( quem manibus & ore suo excepterunt discipuli ) sacramentaliter Christus corpus suum nominauit.

Nec verò Tragicis illis vociferationibus Hamelmani opus est, quasi in Eucharistia non detur corpus & sanguis Christi, aut quod ex calice prouersus non bibatur sanguis Domini. Que inepit iubet me apertis verbis probare ex Cypriano: *cum* in sano intellectu vtrumq; vltro admittam: Et in re concessa, probatione nulla opus sit. *Dato pane in vero v̄su datur corpus Christi: Hanc* sto calico in vero v̄su, bauritur sanguis Christi, sed suo unumquodq; modo: *Aliter panis & calix:* aliter corpus & sanguis Domini.

In reliquis Cypriani dictis, quæ ex eodem sermone Ham. prosequitur, arma contra se assert. Quis enim adeò potest esse incogitās ( nisi miser iste Linsfatus ) qui non animaduertat de Sacramento corporis & sanguinis Christi dici? cum Cyprianus ait, *quosdam & Diaboli aris reuertentes, ad sanctū Domini fōrdidit manibus accedere.*

Item

Pag. 26.  
Ineptæ tūm  
exclamatio-  
nes tūm po-  
stulationes  
Hamelmani

Ham. contre  
se tela affecta

Phrases Sa-  
cramētales.

Item: Ex acibus exhalantibus scelus suū, & con-  
tagia funesta redolentibus, Domini corpus inuade-  
re. Item: vim inferre corpori & sanguini eius?  
An enim hæc ad literam, de ipissimo cor-  
pore & sanguine Christi proprie accipi pos-  
sunt?

An non Cyprianus ipse mentem suam  
satis declarat, Allegans illud Leuit. 7. Omnis im-  
mundus manducans carnem: Et verba Apostoli:  
Non potestis mensæ Domini communicare & mens-  
sæ Dæmoniorum: Et quicunq; indignè ederit pas-  
nem, & biberit calicem Domini, &c. Deniq;  
narrationem addens de parauula calicem recusante:  
Et Diacono de SACRAMENTO ca-  
licis infundente, reluetanti licet, unde secutus  
sit singultus & vomitus. Quid ego hic de  
stolido nostro ac verè stupido Ariete dicam?  
qui ista omnia ad ipsissimum corpus & san-  
guinem Christi detorquet, quibus non sine  
blasphemia, ad literam & proprie attribui  
ista possunt, cum neq; inuadi corpus Domini, neq;  
vis ei inferri, neq; per vomitum ejici possit. Stat  
enim illud: Mors ei non dominabitur ultra. Et  
clamat tamen miser iste, quod in neminem  
magis quam in ipsum congruit.

Prouoeatio  
temeraria  
Ham. ad o-  
mnes ordi-  
nes.

Itanè patres sunt citandi? Itane patres sunt  
corruempendi? Et rursus Apostrophe sua visita-  
ta, non aliter quam ebrios in conuiuio ali-  
quo sedens, compellat D. Otbonem Grunro-  
dium nobilem: Illustriss. Germaniae principes,  
Illustris

De dictis Origenis & Dionysij Alexand. 57

Illustres & generosos Comites, eximios nobiles,  
& Christianos omnes, vt obseruent ista. Qui  
vtinam obseruare saltem dignentur, quali-  
bus in re tanta ineptijs ludat insensatus iste  
Linsensatus: de quo profecto illud Cicero-  
nis recte usurpari potest: *Quorundam nihil ri-*  
*detur, nisi ipsa insultitas.*

## DE DICTIS ORIGENIS & Dionysij Alexand.

Digreditur autem Hamelmanus, ante- Digressio  
quam quæ ex Cypriano recitauit pertexat, ad Hā. qua non  
Origenem, Cypriani vt ait, coetaneum, & controuersa  
Dionysium Alex. ex quorum utroque citat, cumulat.  
quod apud neminem Orthodoxorum con-  
trouersum est. Nemo enim negat, quod ho-  
milia 6. in diuersos scribit Origenes: *Quan-*  
*dus sanctum cibum, illudq; incorruptum epulum ac Docet hoc*  
*cipit, quando vite pane & poculo frueris: ( Hæc dictū, quid*  
*de externa ceremonia ) manducas & bibis corpus percipiatur*  
*& sanguinem Domini ( Hoc de communione in legitimo*  
*corporis, quæ est res signata ) Tunc Dominus vſu Euchari-*  
*sticæ. Idem &*  
*sub testum tuum ingreditur ( iste vero ingressus, sequens*  
*non loci mutationem, non corporalem ac dictū docet,*  
*cessum, sed spiritualem vnuionem Christi no-*  
*biscum denotat.)*

Nemo itē hoc, quod ex Epistola Dionysij  
Alex. apud Eusebium recitatur, negat: *Nos Cōpellati.*  
*per cœnā Domini participes fieri corporis et sanguis Ham. En-*  
*nis D. N. I. C. Quorsū igitur Enthusiastica cō- thusiastica:*  
*pellatio*

38 De dictis Origenis, & Dionysij Alexand.  
pellatio rursus ad Othonem à Gerunrod hoc lo-  
co repetita ? quem obtestatur iterū per suam cona-  
scientiam, ut absq; affectu & προσπολκή, & cona-  
sideret, quomodo patres ego citauerim? Quid  
enim citare me ista dicta attinebat? cùm in  
tractatu meo toties dixisse, extra contro-  
uersiam esse, quæ de exhibitione corporis  
Christi in legitimo vſu, palam profitemur:  
& in libello appendicis, tantum de Sacra-  
mentalı verborum cœnae interpretatione a-  
gendum mihi esset? Quod si omnia conse-  
ctari voluit Hamel, quæ ad disputationē  
de cœna pertinet, cur illud Origenis omisit?

a Ista nefas ex cap. 15. in Matth: Panis sanctificatus iuxta  
est de ipso id, quod habet materiale, in ventre abit( a) & in  
Christi cor- secessum evicitur: Ceterum iuxta precationem que  
pore cogita- illi accessit, pro portione fidei fit utilis, efficiens,  
re. ut perspicax sit animus, spectans ad id, quod utile  
est (b).

b Symbolū Nec materia panis, sed super illū dictus  
externū nos sermo est, qui prodest, nō indignè domino, comedenti  
ad significa- illū. Et hæc quidem de typico Symbolico corpore.  
ta traducit.

Non corpus Multa porrò & de ipso verbo dici possent, quod  
ipsū Christi factū est caro, verus & cibus, quem qui comederit,  
sed corpus omnino viuet in eternū. Quæ Nullus Malus potest  
Symbolicū edere. Etenim, si fieri posset, ut qui malus adhuc  
indignè mā- perseverat, edat panē factū, cùm sit verbū, & pa-  
ducatur.

Vbi hic est mandatio corporis in  
imp̄st

DE

## DE CAETERIS DICTIS

Cypriani ab Ham. allegatis.

Redit autem Ham ad Cyprianum. & hunc dicere ait, in sermone de cena Domini, Nos bibere in Sacramento sanguinem Christi, testantes Christum nos suo sanguine ad societatem vitae aeternae ad duxisse. Quasi vero hoc negetur a nobis, ac non potius Ham, in manifesta luce cœcutiat? Pag. 28.  
Quid sit in sacramento bibere sanguinem Christi.

In Sacramento bibere sanguinem Christi, perinde a Cypriano dictum est, quemadmodum Augustinus ait: Christus quotidiè in Sacramento immolatur dist. 2. cap. Semel immolatus: Et passim alibi opponit August. haec duo: Accipere corpus Christi in Sacramento: & accipere in veritate. Quorum utrumque sancè recte: sed illud sacramentaliter, hoc propriè dicitur. Accipere enim in Sacramento, idem est quod accipere sacramentum corporis & sanguinis: Accipere in veritate idem, quod accipere rem sacramenti, id est, ipsum corpus Christi, de quo infra in expendendis Augustini dictis plura dicenda erunt

Pratermissis vero his Cypriani verbis, quæ in libello meo citaueram: (In Sacramento Ham. quæ calicis, ex vino & aqua mixti, Christi & Ecclesie refutare nos siæ unitatem esse) vnde sequi ostenderam, tam non esse Christum secundum humanitatem in vino corporaliter: quam Ecclesia in eodem vino substantialiter non continetur: ad quæ nihil prorsus respondere Hamel. potuit: Mutis

mutilate ac truncate tandem recitat explicatio-  
nem meam loci illius ex lib. de vnc. Chrysostom.  
qui ascribitur Cypriano, quod Dominus in mensa  
sua proprijs manibas panem & vinum, utpote syma-  
bola sui corporis & sanguinis: In cruce vero manus  
bus militum corpus (proprietate loquendo) vulnerata  
dum tradiderit. Nam cum rursus ad hoc argu-  
mentum respondere nihil possit (quod ex verba  
istis sequi dixi, proprietate loquendo nec manu apa-  
prehendi, nec ore carnali accipi ipsumsum. Domini  
corpus & sanguinem) hoc saltem ogannit:  
Hanc meam esse interpretationem. Propterea autem  
omittit, quae in libello meo adduntur: Cy-  
priani adeo non fugisse aut reformidasse illud  
Quomodo: ut Apostolos, secreta veritate mysteriis  
imbuit, dicat exponere debuisse: Q. V. O. M. O. D. O.  
Panis & vinum sunt caro & sanguis Christi. Id  
vero non proprietate, sed sacramentali predi-  
catione accipiendo esse ex tribus membris di-  
stinctis, quae subiicit Cyprianus, copiose  
explicauit, pagina integra & dimidia: quae  
quia rursus refutare Hamel. non potuit, duo  
posteriora membra silentio priorsus obruenda  
sibi putauit.

Interea suo more ad alia digreditur, quae  
Plitaci more non intellecta sonat, ut cum in  
eodem sermone ait, praecedere: Dominum sacer-  
dotibus, calice sanguinis sui inexhaustae plenitudine  
conseruandum tradidisse, & erogandiam, cui  
rus aspersione & communione intus & extra, corda

Corpora mundarentur. Hæc clara ait verba  
elle, cur sanguis in calice erogetur bibendus Chri-  
stianis, & veteratoriè à me omissa esse calumnia-  
tur ( ipse veterator & vere infidelis, ut hic lo-  
quitur, citator, vel potius deprauator patrū )  
Nācalicē sanguinis erogare ministros, inquit  
Cyprianus, qui sanguinē ipsum ( proprie lo-  
quendo ) nec erogare manibus suis, nec con-  
seruare possunt. Aspersioñem vero illam &  
communionē, qua intus & extra mundetur  
corda & corpora, distincte ad signum & rem  
signatam applicari oportere, quis non videt?  
cūm aliud sit calix sanguinis: aliud sanguis  
ipse, & vtrumq; suo modo accipiatur?

Rursus etiam arma cōtra se nobis suppe-  
ditat Hā. cūm audire lettore, & cognoscere virū  
nobilē Othonem à Grunrodiubet, quod in sermone  
Cypriani de cœna Domini dicitur: Quod consumto  
veteri agno ( id est, paschali agno abrogato ) quē  
antiqua traditio proponebat, Magister ( Christus )  
cibū inconsūptibilem ( id est, Sacramentum, per  
petuò in Ecclesia noui Testamenti seruandū ) discis-  
pulis apposuerit, & quod immortalitatis alimonia  
bis detur, à communib[us] cibis differens, corporalis  
substancialē retinens speciē, sed virtutis divinæ, in-  
visibili efficientia, probans adesse præsentia. Nō lo-  
quitur hic Cyprianus de substanciali corporis  
præsentia ad locū panis, de qua Hā. pugnat,  
sed de inuisibili efficiētia ac præsētia virtutis in impijs  
divinæ, qua fiat, vt panis Eucharisticus sit a-  
limonia immortalitatis, sit cibus vitæ, idq; in

Ham. corrū.  
pit verba Cy-  
priani pro  
calice san-  
guinis sub-  
stituens san-  
guinem in  
calice.

Pag. 79.

Ham. ad præ-  
fentiā corpo-  
ris in pane  
detorquet,  
quod Cypr.  
habet de præ-  
fentiā virtu-  
tis diuinæ.

Vbi hic mā-  
ducatio car-  
nis Christi

**Calumnia**  
Ham. nega-  
re coē-  
stētia cor-  
poris ad pa-  
nem, poni  
signa nuda,

usu legitimo, quem peruertant impij, cibus eius est mortis & exitij. Apage verò calumnia istam Hamel. quasi nudū tantū panem, & nudū vinum in Eucharistia adesse sentiamus. Quomodo enim nudū? quod alimonia est immorta- litatis per diuinæ virtutis efficientiam & pre- sentiam?

**Ham. sigmē-**  
tum de Iu-  
da refutatū  
ex eo ipso lo-  
co quem pro  
se Ham. al-  
legat.

**Declaratio**  
tropi Sacra-  
mentalis.

**pag. 30.**

Vbi verò in altero loco Cypriani, quē & ipsum contra se assert Ham. oralis illa man- ducatio corporis Christi, propriè & ad lite- rā intellecta? cùm de Iuda sic loquitur Mar- tyr ille: *Vbi sacrū cibū mens perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intravit* ( Audi hic Hamel. ) *parricidialis animus vim tanti saa- cramenti* ( Audi rursus Hamel. ) non sustinens, quasi palea de area exuffatus est, & praeceps cu- currit ad perditionem & preciū, ad desperationem, ad laqueum: Hæc ais Hamelmane, euidenti- sima esse, ut à nemine eludi possint. At figmentum tuum iugulant fortissimè: Quo comminisceris, ipsissimum corpus Christi propriè loquendo, ingredi in os: Cùm panē sanctificatum & sacramentum tantum in sceleratum Iudæ os intrasse Cyprianus dicat, nimirū declarans: sacramentaliter, non propriè dici, quod corpus Christi in os ingre- diatur & à Iuda quoq; ac impijs ceteris acci- piatur.

Quò pertinet, quod ex eodem sermone de cœna Hamel, citat: *Hoc sacramentum ali- quando*

Quando corpus suum , aliquando carnem & sanguinem ( videlicet non substantialiter , sed sacramentaliter ) aliquando ( scilicet propriè ) panem Christi appellat portionem vitae aeternae ( quod rursum per tropū sacramentalēm sic dicitur ) quo rei signatae affectus signo tribuitur .

Quām ineptè verò ac stolidè reprehendit Hamel. quod hæc verba : *Panis iste communis in carnem & sanguinem mutatus , procurat solidiss. ro. vitam & incrementum corporibus* ) dixi ad effe- præhensio-  
ctum panis describendum pertinere , non Hamelma-  
ad corpus Christi? quod certè neq; in carnem niaca corū,  
& sanguinem nostrum mutatur, neq; corpo- que ex ver-  
tibus nostris vitam & incrementum procu- tia Cyprianā  
rat. Quōd etsi falsitatem vocat Ham. falsi- rectissimè  
ficator ( qui absurdè hæc de ipso corpore ac dicta sunt,  
sanguine Christi intelligi vult ) tamen satis  
ipse stoliditatem & oscitantiam suam in eo  
prodit , quod neque in eodem sermone hæc  
verba obseruauit : *Sicut panis communis , quem  
quotidie edimus , vita est corporis : ita panis iste  
superstantialis vita est animae , & sanitas mentis :*  
Neq; mox sequentē applicationem col-  
lationis à Cypriano institutæ , vel ad oculos ,  
vel ad animum sibi reuocauit. An enim non  
satis clarè Cyprianus de pane haec tenus lo-  
catus est , non de corpore Christi ? cùm di-  
scere addat , Ideoq; ( *nimirum , quia panis effe-  
ctum hunc habet , ut vitam & augmentum corpo-  
ribus præbeat* ) Ideo , inquam , ex consueto rerum  
naturalium

naturalium effectu, fidei nostræ adiuta infirmitas, sensibili arguento ( hoc est, per analogiam sacramentalē ) edoēta est : visibilibus Sacramentis in esse vitæ æternæ effectum ( id est, panem Eucharisticum non tantum symbolum, sed etiā organum esse, quo magis magisque carnis Christi vivificæ inserimur, & vitam ac succū inde trahimus ) & non tam corporali, quam sp̄ia rituali transitione Christo nos vniri.

Quod cùm de modo, non corporeo sed spirituali interpretatus sim : Egregius iste Linsensatus ad scholas Grammaticorū reuocat, vel potius ad conuiua sua amatoria: communis inquit loquendi consuetudo sic loquitur: Nō tam te amo, quam vxorē meā, hoc est, non yfg adeò te: unde tamē nō sequitur, quod illū non amet, licet vxorē præcipue amet: Ita ergo et Cyprianus dicit spirituali quidē potissimū: Sed tamē et corporali transitione nos vniri Christo. Hæc Hā, qui tamen quid per corporalē trāsitionem inteligit: palām dicere non audet, ne deformitas absurdissimi dogmatis, de modo corporali vñionis nostræ cùm Christo, palām ab omnibus conspiciatur, præsertim aperte reiecta à Cypriano, in eodem de cœna sermone: *Nostra & Christi coniunctio non miscet personas.*

**Quis sit vsus  
particularū  
Non Tam,  
Quam,**

Eat verò ad subsellia Grammaticorum Ham, & discat, Non semper particulas istas (non tam, quam) diuersarum rerum copulationē

lationem ( ut illæ : non modò, verùm etiam )  
 sed remotionem alterius rei plerunq; signi-  
 ficare : vt si de ipso Hamelmano dicam : In hac sua  
 Quod non tam veritatis, quam falsitatis : non tam profopo-  
 ngenuitatis, quam imposturae : non tam candoris, graphia  
 quam calumniarum : non tam pietatis verae, quam discat Hamel.  
 hypocriseos : non tam sobrietatis ac temperantiae, significatio-  
 quam crapulationem & crapulae : non tam veræ, nē particula-  
 quam fucatae laudis studiosum atq; cupidum se ticularum,  
 probat : Videor ne tibi mi Hamel. veritatis. Non tam  
 candoris, ingennitatis, pietatis, temperan- quam  
 tiæ, veræ gloriæ studiū tribuere ? An potius  
 elogia illa falsitatis, fraudulentiae, calumnia-  
 rū, hypocriseos, crapulæ, fucatae laudis ( quæ  
 omnia verissimè in te cōpetūt ) tibi relinqre.

Quid vero, si non tam bonū spiritū, quam Sa-  
 bbanam authorem tibi tuique similibus esse dicam;  
 damnandæ & persequendæ doctrinæ veritatis, quæ  
 dibus circa odio fascinatis Caluinianam nominare  
 placet, quæ est orthodoxa & vere Catbolica ? Vix  
 debor ne bono spiritui, ac non potius spiri-  
 tui tenebrarum imputare hoc velle ?

Iam quæ Cyprianus per analogiam Sa- pag. 318  
 cramentalem portò explicans de Christo di-  
 cit: Ipse & pauis & caro & sanguis : id eibus &  
 substātia et vita factus est Ecclesiæ suæ, quæ corpus  
 suū appellat, dans ei participationē : corporaliter Vbi hīc cora  
 poralis mo-  
 nē, id est, corporali sēsu seu modo, an spiritus patioris car-  
 aliter, id est, modo ac sēsu spirituali intelligē nis Christi  
 dum est ? In quo ne cursus turpitudinem sui  
 F dogma-

**Quid sit a-**  
pud Cypr.  
non effigie  
sed natura  
panē mutari  
& omnipo-  
tentia verbi  
carnē fieri.

dogmatis prodat Ham, fraudulenter, ut ipse  
hīc loquitur ad aliū se locum Cypriani (nē  
ipsum quidem rectē à se intellectum) recipit  
panis iste, quem Dominus discipulis suis porrigea-  
bat, non effigie sed natura mutatus omnipotētia  
verbi, factus est caro:

Quod ab Ham, in medio relictum, sectati-  
dū fidei analogiā intetpretor, nō de mutatio-  
ne substatiæ panis in substantiā carnis, sed de  
mutatione panis, qui naturā, id est, conditio-  
nē nouā accepit, quām antea non habebat:  
Nimirū, vt iarrī non panis nudus, sed sacra-  
mentum corporis Christi sit, & organū seu  
instrumentum, vt comedentes hunc panem,  
edamus corpus Christi: Id verò sit omnipo-  
tentia verbi: Quia Christus & autoritate  
diuina instituit sacramenta: & spiritu, virtu-  
te seu potentia sua diuina in nobis implet,  
quod per sacramenta significat, promittit,  
ac testatur.

**Quid sit di-**  
uinā sese in-  
fundere es-  
cratiam sa-  
gramento  
visibili.

Sed iubet Ham, lectori in primis vi-  
dere collationem, vt ait à Cypriano illatam:  
Sicut in persona Christi humanitas videbatur, &  
latebat diuinitas: Ita sacramento visibili ineffabim-  
liter diuina se infudit essentia. At ubi hāc, cor-  
pus Christi se infundere dicitur sacramento  
visibili?

Sanè vt in Christo inuisibilis diuinitas uni-  
ta visibili humanitati, per hanc operansc  
exerebat: Sic in sacramento, ait Cyprianus,  
non

non ipsum corpus Christi, sed essentia diuina, id est, diuinitas se infundit, & per visibile sacramentum, tanquam per organum suum in credentibus operatur & efficit ea, quæ promittuntur, perinde ut diuina virtus recte dici potest infundere sese in verbum, quod prædicatur in ministerio Euangeli: Item in Baptismum, cùm usurpatur legitimè, hoc est, ut efficacia diuina in eo & per eum sit efficax.

Nec verò simpliciter repudio, quod Ham: (qui nec Cypriani nec suam mentem satis idoneè exponere potest) ait: *Quod sicut in Christo duæ naturæ sint: sic in cœna caro & sanguis non minus adfint in cœna Dominica, in suo v̄su administrata, quam panis & vinum: Sed videat ille, ne, per fallaciam secundum quid, confundat personalem & Sacramentalem vniō nem.*

Quid verò imaginationi falsissimæ Hamelmani de communione Christi in impijs, magis contrarium esse potest, quam quod ex eodem sermone, non contra nos, sed contra semetipsum porrò profert? *Sacra menta quantum in se est, sine propria virtute esse non possunt, nec ullo modo diuina se absentat manifestas mysterijs ( id est, Sacra menta in v̄su, respectu ordinationis diuinæ semper vera Sacra menta sunt, & in omnibus fidelibus suū effectum habent per potentiam diuinam)*

*Adest in eam  
na panis &  
corpus sa-  
cramentali-  
ter: in Chri-  
sto natura  
diuina & hu-  
mana perso-  
naliter,*

*Ham. contra  
se rursus te-  
la affecta.*

**Contra mā-  
ducōnem  
ampiorum.**

Sed quamvis ab indignis se sumi vel contingi sacra-  
menta permittant, non possunt tamen spiritus  
esse participes, quorum infidelitas vel indignitas  
tantæ sanctitati contradicit. Id est alijs sunt hæc  
mūnera odor vītæ ad vītam: Alijs odor mortis in  
mortem, quia omnino iustū est, ( Hæc Ham. o-  
mittit ) vt tanto priuentur beneficio, gratiæ con-  
temptores, nec in indignis tantæ gratiæ puritas sibi  
faciat mansionem. De qua autem gratiæ puri-  
tate loquatur, & quid spiritus nominet par-  
ticipem esse, in præcedentibus dixit Cypr.  
cum ideo se sacramento vīibili ineffabiliter diuina  
vam se infusisse essentiam ait, ut esset religione circa  
ea sacramenta deuotio ( id est, reuerentia sym-  
bolorum & legitimus vīsus, & rerum signa-  
tarum fidelis & grata meditatio ) & ad ve-  
titatem ( id est, ad Christum, qui est veritas  
sacramentorum) cuius corporis sacramenta suna  
Cid est, cuius corpus symbola extēna repræ-  
sentant & communicant) sinceror pateret ac-  
cessus usq; ad participationem spiritus ( hoc est,  
ut Christi communio illa, non subsistat in  
rerum vīibilium corporali acceptiōne, sed  
horum ministerio penetrēt ad rerum spiri-  
tualium perceptionem, hoc est, ad veram &  
substantialem communionem corporis &  
sanguinis Christi per spiritum ) vnde & ad-  
iungit: nō quod usq; ad consubstantialitatem Christi,  
sed usq; ad societatem eius germanissimam hæc  
veritas peruenisset ( id est, non quod in veram  
essen-

essentiam commisceantur nostra corpora  
cum Christi corpore: sed quod mediante  
Christi spiritu, corpori ipsius, velut membra  
capiti, aut palmites viti arctissimè vniatur,  
agglutinemur, & conformemur) solis fide-  
libus tribuit Cyprianus non (ut hic Ham.  
facit) etiam infidelibus, quibus expressè  
admit hanc gratiam & participationem spi-  
ritus (seu quod idem est communionē Chri-  
sti, per ipsius spiritum.)

Sed nec, quæ deinceps ex eo sermone ci-  
tare pergit Ham. ad infideles spectant, cum  
Cyprianus inquit: *Bibimus de sanguine Christi,*  
*ipso iubente, vitae aeternae cum ipso participes,*  
*animalis vitae peccata, quasi sanguinē impurū bora-*  
*entes. Item, Nobis, pro quibus sanguis Christi*  
*oblatus est in cruce, & quos conciliavit Deo, omnes* Pag. 520  
*excedens victimas, hoc sacrificiū singulare: Ipse*  
*Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit*  
*ut non tantum exterius hoc sanguine (id est, sac-*  
*ramento sanguinis) liniremus, sed & interius*  
*aspersione omnipotenti anima nutriremus, & pene-*  
*trans omnia tanti medicamenti virtus, quicquid in-*  
*zus durū effugaret & renouaret sanaretque. Hic*  
*exclamat Ham. Quid potest dici clarius? Ait nos*  
*bibere sanguinem ex hoc poculo, ut non tantum ex-*  
*teriorius hoc sanguine bausto liniremar, & ideo non*  
*minus ore quam fide sanguis ex poculo potatur. At*  
*tur non illa quoque repetit? ut etiam interius anima*  
*aspersione omnipotenti nutriremar.*

Et

Hā. imprin-  
dens exortis  
communio-  
nem sanguini-  
nis Christi  
in impijia

Et quod præcedit, vita æternæ cum ipso participes, & quæ præterea huc pertinet? Hæc cuncte infidelibus communia facere potest Ham? quos ipso ore, bibere sanguinem propriè loquendo ex poculo somniat. Bibimus autem ore de sanguine Christi sacramentaliter, idq; commune est pijs & impijs: sed non nisi fide, propriè: & hoc solis fidelibus competit, quibus & effectus sacramenti solis congruit, de quotam multa Cyprianus loquitur.

Neque ego quenquam tam stupidum esse existimare possum, præter Hamelmanum istum, qui hunc Cypriani locum, quo ac non potius figurare seu sacramentaliter intelligendum esse censeat? Quam præclarus est calix iste, quam religiosa buius potus ebrietas? Per quam excedimus Deo, & quæ retrò sunt obliti ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi, sed diuitis purpurati delicias contemnentes cruci haeremus, sanguinem fugimus, & intra reas dæmptoris nostri vulnera figimus linguam, quæ interiorius & exteriorius rabricati, à sapientibus huic Jeculi iudicamus amentes.

Possunt ne  
ista ad literā  
intelligi:

Et pro sua tamen sententia, id est, pro orali manducazione corporis Christi, quod etiā impij edant, propriè loquendo: attulisse ista affirmat Ham. Sed quid mirum? Ostendere se tales debuit, ut agnoscant lectores, verum

verum esse quod hic exclamat: *O deprauato=rem pessimum: O falsificatorem patrum.* Iudi- Prouocatio-  
cet autem, ad quem iterum prouocat Nobis- iterū repeti-  
lis à Grunrod; Iudicent omnes, quorū con- ta ab Ham,  
scientiā appellat Hamel. *Mibine an ipsi, mutia-*  
*latio aut falsificatio patrū tribuenda sit:* & quam pag. 33;  
*babeat Ham. conscientiam cauteriatam, & malā*  
*vt loquitur, quia in mala causa non solū*  
*mutilat à me dicta, vt ad integrum folium*  
*mei libelli hoc loco nihil prorsus responderet,*  
*sed etiam patrum sententias, vel non perti-*  
*nentes ad scopum meæ appendicis intempe-*  
*sniue cumulat, vel quæ à patribus sacramen-*  
*taliter dicuntur, ea ad literam, quasi proprie*  
*& simpliciter dicta vrget, vim faciens pa-*  
*tribus, & absurdissimas inde opiniones col-*  
*ligens, quæ nunquam illis in mentem ve-*  
*nerunt.*

## DE CANONE Noni cena Synodi.

Postulat à me Ham. (deprauatoris, quo  
identidem vtitur, nomine dignissimus) vt  
monstrem ipsi, Vbi in Synodi Nicenæ Canone  
dicatur: *Sacramētali phrasē Christū iacere in mensa*  
*sa:* Ego verò sermonē illius vt qualiter cunq;  
imiter, te appello mi lector cordate, an non sunt  
bac clara & perspicua verba: cùm Nicenus Canon  
inquit: *Per fidem consideramus iacere in sacra illa*  
*mensa*

**H**am. phrasēs sacramētū propriē intelligi vult.

mensa agnum Dei tollentem peccata mundi, quā sine mactatione sacrificatur à sacerdotibus? Nam si jacere illud in mensa, & sacrificari à sacerdotibus, ad literam & simpliciter intelligendum sit: quid opus fuit addi? per fidem in considerandū esse, & sacrificiū illud sine mactatione confici? Quæ phrasin sacramentalē clarissimè explicant: qualis hæc quoque est: Non multum accipimus, sed parum: Quod profectō non de ipso corpore & sanguine, sed de symbolo corporis, id est, de pane & calice intelligi debet. Sic enim quæ signo seu symbolo propriē competunt, eadem rei signatae trivuntur sacramentaliter.

Refutare autem cùm horum nihil possit Ham. nisi per visitatas & ineptas exclamations suas: *Glossas tuas audio, non Synodi illius verba:* mox statum controvērsiæ mutans, plurium interrogationum fallaciam struit: *Ostende, inquit, ex synodo illa, quod in mensa illa, ubi sacra cœna administratur, non sit, nō exhibeat agnus Dei, & quod ibi non sumatur corpus & sanguis Christi?* Quasi verò Synodus verbo exhibendi aut sumendi, ac nō potius in mensa jacendi, itemq; sacrificandi, id est, mactandi & offerendi, de agno Dei vtatur? Aut quasi non inculcarim in libello meo pag. 10. b. Nos verè accipere corpus & sanguinē Christi: & quomodo symbola sacra non ad satiētatem, sed ad sanctificationē nostri destinata

Inepte interrogations  
Hamel.

**H**am. silētio praterit,  
quæ refutare non potest.

fine

sint per communionem cum corpore Christi pag. II. apertissime non dixerini: Quas pagellas Hamelman silentio prorsus praetexit, haud dubie conscientia mala, quod quomodo refutaret eas, inuenire non posset.

Interim ut lectori facum faciat, ex Tomo conciliorum hunc Canonem proficit: Pag. 340  
*Hoc neq; regula neq; consuetudo tradidit, vt si qui offerendi sacrificij non habet potestatem, bis, qui offerunt, corpus Domini porrigan. Quasi non hic quoq; in verbo offerendi & porrigendi corpus Domini locutio Sacramentalis sit? Et me tamen, filium illius, qui est pater mendacij, propterea nominat, & ad nobilem D. Grunrodiū prouocatio iterum prouocat, ne titulo patrum per me seductus, Ham. ad D. Inclytum Electorem Palat. male instituat in causa Grunrodiū sacramentaria: Sed quid agas cum isto? qui conuictis tantum, non rationibus pugnat, qui linguam petulantem, morbum turpisimum habet, qui infidelia, audacia, impiudentia unum ex illis se esse probat, qui Græcis sunt μωρανακοι, de quibus vetus illud citatur.*

*Ἐπὶ μωρίᾳ μᾶλις ἀδελφὸς τῆς παιδείας ἐφε,*

### DE DICTIS DIONYSI AREOPAGITA.

Nihil habet Hamelmanus quod opposit, à me citatis ex hoc scriptore: quæ, ut supra

supra quod paucis repetij, Phrasin sacramē-  
talem euidentissime declarant. Quod verò  
per venerabilia signa Christum signari & sumi  
Dionysius dixit: id cùm hoc modo exposue-  
rim (quòd sacramēta nō tantū symbola sint significia-  
cātia, sed etiā organa, in quorū v̄su nobis cōmunicā-  
tur res significatæ) cornu suo ferire & pedibus  
arenā spargere conatur aries. Dic, inquit, ubi  
dicit Dionysius, in quorū v̄su? Vide ergo mi-  
letor, quā libi ipsi non cōstet Hā. iste? Nā pau-  
lō ante pag. lib. sui 31, scripsit: In Sacrameto, in  
suo v̄su per administrationē celebrato, duo existūt et  
sumuntur vid. caro & sanguis Christi, atq; simul  
panis & vinum. Et paulō ante: Caro & sanguis  
adest in cœna Dominica in suo v̄su. Et pag. 9. In  
cœna Domini duæ res, cœlestis & terrena coniunctæ  
esse creduntur Tantum in v̄su. Et infra 53. Na-  
zianzenus non censuit extra verum v̄sum: iuxta  
institutionem Christi, veram Eucharistiam & ve-  
rum Corpus & sanguinem Christi alicubi existere?  
Nihil nunc de autea illa Regula Philippi  
Melanthonis dicam: Sacraenta sunt tantum  
in v̄su Sacraenta: Et nihil habet rationem Sacra-  
menti extra v̄sum diuinitus institutum. Hanc re-  
gulam quomodo audiat Ham. qui se ipsum  
non audit, quique quod in se probare alios  
vult, in me damnat?

**pag. 35.** Affert autem ineptissimum simile de libro ad  
semisko per puerum, ut quoniam per venerabilia  
signa Christus sumitur, revera adesse cum innuat.  
Verum

Contradi-  
ctio Ham.

Verum ultra id largior, & verbis expressis  
doceo: Absit modo ambiguitas de inclusio-  
ne corporis Christi in panem.

Quam autem ἀπόγενον εστι, quod ex Ham. aliena  
cap. 2. de hier. Eccl. adiicit: Pontifex ad sua à proposito  
cratiss. communionem vocat, atque illic consumanta assert.  
tum Sacramentorum communionem deferam tra-  
dit. An igitur hic de appellationibus seu  
Epithētis cœnæ Domini disputamus? quam  
et si Hamel. nullus moneat, sciunt omnes,  
Sacramentum sacrosanctum, augustissimum, dia-  
uinum, venerandissimum, & cœlestè mysterium,  
hostiam salutarem, communionē item, synaxin,  
& collectionem nominari, ut chartas suas suffici-  
cire Ham. istis non habuerit opus: præter-  
tim cum nemo tentiat (quod calumniatur)  
nudum isthic panem exhiberi, aut nudum  
vinum, sed Christum ipsum sacramenta-  
liter in pane & calice: propriè fide sumi.

### DE DICTIS EV- sebii Emisseni.

Orditur Ham. ab exclamacione, quæ tantā  
se videre ait falsitatem à me commissam esse, ut vix Ham. muti-  
verbis exprimere possit. Ac postea per pagi- lat locum  
nas duas integras, quæ in libello meo repe- Emisseni.  
xit, recitans, in loco Emisseni, hæc verba nō pag. 36. post  
exigui momenti, siue oscitantia, siue dolo lin. 6.  
omittit, ut perpetua eſſet redēptionis oblatio, &  
perennis

perennis illa *victima* viueret in memoria, ac semper  
præsens esset in gratia.

pag. 37.

Ineptiae in  
questio-  
bus Ham.

Inscitias  
Ham.

Vide autem lector artificium, partim Sycophanticum, partim rude & expers omnis *τροπαριθμητικός*, id est disputandi, differendiq[ue] artis, qui me subinde Doctorem gloriae (*ipse et hinc gloriae inuidens, & virtuti sue non confidens*) & audacem, ac impudentem (*audacissimus ipse & impudentissimus, quem vix alium hic solum inquam vidit*) nominans, querit ex me, ubi Emissenus de situ loci dicat? sicut ego scripsa-  
rim, Eum sentire, Corpus CHRISTI, quod ad  
situm loci iam in cælum sublatum esse? Audi-  
ergo Hamelmane: Corpus assumptum abla-  
turus erat ex oculis nostris, & syderibus illatu-  
rus, inquit Emissenus. Hoc si aliud, quam  
ablationem, seu absentiam corporis Christi,  
quo ad situm loci significare Ham. pu-  
tatur: Redeat ad Grammaticam: Redeat ad  
articulum fidei historicum: Ascendit ad coe-  
los, quem recte scripsit Melanthon intelli-  
gendum esse, ut sonat litera.

Deinde querit, ubi dicat Emissenus, quod cum  
pane non sumatur corpus. Ego vero vicissim ex  
te Hamelmane quaro, ubi hoc in meo li-  
bello legeris? Argumentum hoc isthic ex  
Emise, inuenies. Dominus sacramentum corporis  
sui sublati in cælum instituit. Non igitur pas-  
tur, sed quia panis iste corporis Christi sacramen-  
tum

*est.* Cùm pane autem non sumi corpus, nusquam à me dictum reperies. Nam si particula ( Cum ) de legitimo istius panis vnu intelligatur, & de coniuncta seu concurrente panis & corporis mādicatione, nō autē de simili mādicationis modo, vltro cā recipio.

Vlterius quærit Ham. *Vbi Emissenus similis Hā. reiçit*  
*tudinē adducat de meditatione verbi Dei?* per quā declaratio  
*dixerim, coli & adorari Christum à fidelibus, absq[ue] locorum*  
*imaginatione vlla inclusionis, aut præsentie corporis obscuriorū*  
*ratis in externo sono, aut characteribus verbi, vel per collatio-*  
*nem rerum similiū.*  
*textu Emisleni, declarationis causa simili-*  
*tudinem istam adieci, cùm hæc verba illius*  
*explicanda essent: Institutionem sacramentine-*  
*cessariam nobis fuisse, vt coleretur corpus & san-*  
*guis Christi iugiter per mysterium, quod semel oba-*  
*latū fuerit in præcium. Quære igitur ex pueris*  
*Ham. Nūm similibus in explicatione vti nō liceat?*  
*Disce ex Augustino: Sacramentum esse verbum*  
*visibile: Et quia tanta est sacramēti cum ver-*  
*bo similitudo, abijce phantasias tuas de in-*  
*clusione corporis Christi penè magica, vt*  
*Melanth. loqui solet, in substantiam aut lo-*  
*cum panis: Sicut in ministerio intelligis,*  
*nullum locum esse inclusioni honorū pro-*  
*misorum in sonos aut characteres verbi.*

Quærit præterea Ham. *vbi dicat Emissenus*  
*victimam illam non præsentem esse pani, sed nobis?*  
*vbi dicat, quod non sit ibi corporalis cōexistētia?*

En.

**Non propter panem, sed propter hominem adest Christus in coena,**

En tibi verba Emisseni: *Vt & iusta illa perennis viueret in memoria & semper praesense esset in gratia, vere unica & perfecta hostia.* Si praesens corpus Christi esset ad panis locum corporaliter, cum memorie mentionem fecisset? aut quorsum dixisset antea, Christum ablatum esse suum corpus? Quae est autem gratia illa, nisi communio Christi nobiscum, qua sit, ut Caro Christi pro nobis tradita, vere sit nobis cibus, & sanguis eius vere sit nobis potus. Hæc communionis gratia homini ne, an pani competit?

Altare vero pro mensa apud patres visita-  
De altaribus ta metaphora nominari dixi. Hic bonus  
& mensis a Hamel. assuetus aris suis, ad quas olim in-  
pud scripto. Papatu missas celebravit: *Vbi, inquit, Emissen-  
tes veteres. nus dicit, non esse ibi Altare, sed Mensam Do-  
mini?*

Legat autem & refutet, quæ de altarium  
**Procacitas & petulantia Ham. in la-** appellatione scripsit, vir, stemmatis antiqui-  
**cessendo nobilis. viro D. Ioh. Mun-**tate, doctrina, virtute, & pietate præstan-  
**stero.** tiss. ac vere nobilis D. IOHANN. MUNSTE-  
RVS, nobilitatis Westphaliæ decus, quem a-  
liquoties Linsensatus iste Theologus in hoc  
scripto suo, conatu irrito velut aries petulcus  
impetit, indignus, qui vel ex minima parte  
illi comparetur.

**Refutatio oralis man-  
educationis ex Emisseno.** Postremo *vbi dicit Emissenus, inquit Hamel.*  
*non esse oralem mandationem carnis & sanguinis Christi?* Hæc si proprie intelligi vult, sine sacra  
men-

mentalī forma loquendi : potest ne' clarius quidquā afferri ad eam subuertendā, quām quod Emissenus ait? *Sacrū Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honora, mirare, mente conatige, cordis manu & maximē haustu interiore suscipe.* Sed Arieti nihil cerebri nec judicij est, vt hæc attendere possit.

Interea prolixum locum Emisseni ex iure Canon. describit dist. 2. in quo hæc verba Pontificij ad dogma transubstantiationis detorserunt (*Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas In substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit.*) Hoc dogma Veterū scri-  
finon probat Hamel. neq; de Sacramentali p̄tis multa conuersione cōmode interpretati vult, quorū ab alijs as-  
sum obijcit, locum eum à me pr̄termissum fuita.  
elle? cūm neq; omnia patrū dicta colligere  
mihi propositum fuerit, & veterum scriptis,  
vt Melanthon sēp̄ queritur, multa suppo-  
lititia à posterioribus adjecta esse constet?

## DE DICTIS EUSEBII

Cæsariensis.

Cūm dixissem in meo libello, *Eusebium* Pag. 36,  
*Cæsariensem*, vt caeteros patres, uti vocabulis sym-  
boli, memorante, recordationis, ad declarandā phra-  
sin sacramentalem verborum cōnāe : insuffissime  
inceptissimeq; calumniatur Há. me hoc mo-  
do argumentatum esse: *Ecclesia peragit memo-  
riam*

riam Christi in cruce oblati. Ergo corpus & sanguis Christi in Ecclesia Dei (cum cena Domini celebratur) non adest: Et o bellum argumentatorem, exclamat. At qui expressissime à me additū est, non agi hīc de nuda seu prophana memoria. Bellum ergo calumniatorem Hamelmanum, qui ex suo cerebro argumenta fingit, quæ alijs attribuat, quorum nec verba, nec sententiam assequitur.

Ostentat autem jndices suos, quos obiter olim perfecit in tumultuaria patrum lectio-  
ne. Ideo ex Eusebio cumulat, partim simili-  
tudine ijs quæ jam ante à me citata sunt, partim  
de rebus illis, quæ nullam habent contro-  
dictiis Euseb. uersati. Hæc enim verba allegat ex 10. capi-  
lib. idem. Euang. Ideo & sacrificamus & incen-  
dimus, alijs quidem memoriam magni illius sacri-  
ficij, secundum ea, quæ ab ipso tradita sunt myste-  
ria celebrantes.

Ostentatio  
Hā. inepta,  
in citandis  
dictis Euseb.  
Memoria sa-  
crificij cele-  
brada signis.  
Corpus &  
Sanguis pro  
sacramento  
corp. & s.  
pag. 39.

Cibus satro  
sanctus, &c.  
ac sanguis  
Christi, &  
quipollēua.

## Item:

Quando sacrificij memoriam signis quibus-  
dam in MÆNSA celebrandam, corpus & illinc &  
salutarem sanguinem, ut noui Testamenti institutus  
tum babet, accepimus: Item: ex 7. lib. bis: Eca-  
clesiast. Mensæ astantem, & manus ad excipiendū  
sacro sanctum cibum extendentem, & non exiguo  
tempore corporis & sanguinis participem factum,  
non ausim de novo initiare.

Vbi verò hoc in libello meo reperit Ham-  
mon, quod ex Eusebii probare me iubet? In cena

non esse, neq; dari corpus & sanguinem Christi? Cur autem Sacramentalem hanc locutionem propriè intelligi vult? Ore sumi corpus & sanguinem Domini. Quorsum etiam Athanasiij dictum ex Theodoreto: Et Pontifex & Apostolus & fuit & dictus est per id, quod nobis tradidit mysteriū dicens: Hoc est corpus meum & sanguis Novi testamenti non veteris, &c. Dicitur autem neq; corpus habet neq; sanguinem, sed homo, quem ex Maria portauit. An veram CHRISTI humanitatem negare nos putat ipsius more? qui corpus Christi tale fingit sub pane, quod neq; substantiam, nec proprietatem ullam habet veri Corporis humani?

An verò non videt ad confodiendam suā ipsius opinionem tela se nobis rursus suppeditare: cùm ex Athanasij disputatione, cum Ario profert: *Quod in altari suo Christus det panem cœlestem omnibus, vitam dantem, id est, sacrosanctum ipsum corpus.* Cur igitur pugnauit supra, ministrum Ecclesie, propriè loquendo, dare corpus Christi, tām impīs quārū fidelibus? cùm Athanasius disertè affirmet, *Christū dare corposū: Et hoc ipsum corpus esse panem cœlestem, omnibus vitam dantem, quod de impīs dici non potest.*

## DE DICTIS BA silij.

De suo affert Hamel. *Hoc est Antitypus*

G pum

Ham. rursus  
citata aliena  
à proposito.

Ham. contra  
se tela rursus  
affert.

paa. 40.  
Inscitia  
Ham.

Inepta re-  
spons. Ham.

Audacia  
Ham.

Phrases in-  
cramentalles  
Cypriani lo-  
gus estedit.

pum quod non est typus, quod alij vertut configurale. Sed impingit in Grammaticam. Confundit typum & Archetypum: cum antitypo opponatur non typus, sed archetypus. Quid est autem ineptius, quam cum Ham. inquit: *An propterea sequitur, quod in sacra cœna non porrigitur corpus & sanguis Christi?* Neque enim ad tollendam exhibitione corporis & sanguinis Christi, sed ad declarandam verborum cœnæ institutionem sacramentalem, Basilij verba allegavi, quibus panem & vinum Eucharisticum vocat monumenta salvularis passionis, & antitypa sancti corporis & sanguinis Christi.

Liturgiam autem Basilij fictam esse dicit, quia non inueniatur in eius Operibus. O bellum Aristarchum. Inspiciat vel Gesneri Bibliothecam, & reperiet multa alia, quæ in operibus non habentur, separatum excusa:

Hoc ex genere est Basilij & Chrysostomi sacrificij ritus, ex sacerdotali græco in latinum translatus, per Gentianum Sernetum, & Venetijs excusus.

Cur vero, si suspecta ei fides est eius libri (de quo vel Molcouitica Ecclesiæ, si placet bellum inferat) loca plura inde citat, & talia ista quomodo quidem, in quibus non propria, sed sacramentalis locutio est? Benedic domine sanctum panem, Panem quidem ipsum honorificum, Corpus Domini & saluatoris nostri I. C. Benedic domine sanctum

*sanctum calicem, Q uod autem est in isto calice, serm. de C.  
ipsum sanguinem Christi, qui effusus est pro mun  
di vita.*

Item:

*Dignare Domine Iesu Christe manu tradere nobis corpus tuū immaculatū, & sanguinē preciosum, & per nos populo tuo. Item: Ex altera Liturgia Basiliij, qua Syri vtūtur: Effice panem ipsū corpus Domini nostri Iesu Christi in expiationem culparū ac R. P. vitamq; eternam ijs, qui sumunt ipsum, &c.*

Panē & cálicem, seu id quod est in calice tūm detinum Hamel. propriè corpus & sanguinem Christi nominari ostendet, cùm demonstrabis propriè loquendo, corpori Christibz nedici. Impiorum verò communionem cum corpore Christi, tunc nobis ex hoc loco prohibebit, tūm ipsis quoq; contingere evincet expiationē tur. culparū & R. P. & V. &c.

Præterquam vero, quod locutionem sacramentalem, quia corpus & sanguis sæpè ponuntur pro Sacramento Corp. & S. non rectè intelligit Ham. contra se etiam tela de nudū affert, cum citat hæc Basiliij verba ex sermon. de Baptismo. Oportet accedentem ad corpus & sanguinem Domini, ad Rememorationē eius pag. 41. qui pro nobis mortuus est & resurrexit, non solum purū esse ab inquinamento omni carnis & spiritus ne ad iudicium comedat & bibat, sed euidenter ostendere & exprimere Memoriam eius, qui pro nobis mortuus est.

D. Qui vsq;  
hodie, hoc  
veraciss. &  
sanctiss. cor-

pus suū cre-  
at, sanctifi-  
cat, & bene-  
dicit, & pië  
fumentibus  
diuidit. Id  
certe de cor-

pore Christi,  
ad literā in-  
telligi nō po-  
test, quod  
nec creatur  
denuō, nec  
sacrificatur,  
nec diuidi-

ciunt infide-  
les,

Item: *Quid dicemus de eo, qui ociosè & absè  
fructu ausus fuit accedere, & edere corpus & bis-  
bere sanguinem D. N. I. C.* Hæc enim quo-  
modo ad mandationē impiorū congruūt?  
*Quis verò in dubium vñquam reuocauit,  
quod ex quæst. 172. profert? Pliropherian gignit  
nobis fides verborū Domini, dicentis: Hoc est cora-  
pus meum, quod pro vobis traditur. Hoc facite in  
mei commemorationem. Et jubet tamen Ha-  
melman arrigere aures, lectorum, & nobilem  
Grunrodiā, & ostendere me, ubi Basilius expresse  
dixerit, quod non exhibeatur in cæna Domini cor-  
pus & sanguis Christi?*

Prouocatio  
Ham. ad D.  
Grunrod.

Calum. Hā.

*Quali de hoc inter nos controvèrtatur.  
Miscet etiam falsa veris, quasi ore sumatur  
corpus: & ex ambiguis calumniam texit,  
quia Christi corpus in cælo esse cum scriptura dicit-  
mus: propterea negari à nobis præsentiam in cæna  
Domini, quæ in terris celebratur: Quasi non sit  
alia præsentia, quæ ad Koinoniam refertur,  
alia quæ ad loci lítum: cùm Scholastici quo-  
que dixerint, Christū in cælo esse localiter, in  
cæna sacramentaliter.*

## DE DICTIS HILARII

*Ephrem. & Hesychij Pra-  
dentiij, & Arnobij.*

Hā. expositu-  
lat mecū de  
pretermissis  
Hilarij dictis  
in appèdice:  
quæ in ipso

Bonitis sociis, vt hic loquitur Ham. ex-  
probrat mihi: quod Hilarij dicta præteric-  
tim: quæ præceptor meus Philippus in sen-  
tentij Patrum citauit ex lib. 8, de Trinit.  
Quo-

Quoties verò iam dictum à me est, non mihi tractatu iam propositū fuisse, omnia dicta complecti in Appendix, antè, & citate, que ad alias partes Doctrinæ de cœna Domini spectant, extra disputationem de sacramentali interpretatione verborū cœnae? Et quod Hilarius pag. 42. inquit, Christū corporaliter, naturaliter, & per Carnem in NOBIS esse, explicatum à me ipso estiam antè in tractatu pag. 297. Probet autem Ham. Hilarium dicere: Christū corporali- Christus nō ter, naturaliter & per carnem esse In, vel ad panis est corpora- substantiam? et si vltro accipimus, quod in- liter in pane. quid Hilarius: Nos verè verbum carnem, cibo Id nusquam Dominico sumimus, & hæc accepta & hausta es- Hi. dixit. ficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Illud etiam, quo Hilarius inquit: Nos sub mysterio carnem corporis sumere, contra Ha- melianū est. Sub mysterio enim sumimus cara- nem, inquit, id est sacramentaliter, non pro- priè loquendo.

Ex EPHREM. lib de iud. extre. ca. 3. citat. Dicti Ephr. Ham. Cùm manducamus corpus eius, & sanguis extra cōtronem bibimus, & ipse in nobis est, & nos in eo. At uersiam est, hoc quoq, extra controuersiam est, & vel de sacramento corporis & sanguinis accipi posst, vel de ipso corpore & sanguine Christi: Quod quidem, quo modo in nobis est, eodem modo à nobis editur.

HESYCH. dictū lib. 8. super Leuit. Mys- terium illud simul panis & caro est, Cum illo Irenæi conuenit: Eucharistia constat re terrena

Sic & Hesychij dictū: ex quo tamen non sequitur carnē in pane esse substantialiter.

*& cœlesti; quatenus in vslu legitimo res vtraq; simul accipitur, simulq; præfens est, et si modus acceptio[n]is & præsentiae virtusq; rei diuersus est.*

Hæc allegoria non confirmat substantialē præsentiam in corpore.

pag. 43.

Quid hoc ad impios?

Sed & Arnobium, citat Hamelman, allegorice exponentem versum Psal. 4. *A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sumus. Accipimus frumentū in corpore, vinū in sanguine, oleū in Chrismate.* Hæc igitur an propria, aut potius figurata est Oratio? Similiter in interpretatione Psal. 112. *Fecit memoriam memorabiliū suorū: Escam dedit corporis sui timentibus se?*

Nùm his adiungere etiam impios Hamelman poterit? An ad hos illud quoq; accommodabit, quod ex Psal. 33. subiungit: *Gustate Corpus vitae & videte, quām suauis est Dominus: Vitam enim habent in se ipsis, qui manducauerint carnem eius, & biberint sanguinem eius.* Sed & IVVENCVM poëtam accerit Hamelman his versibus reddentem verba Cœnæ.

*Discipulos docuit propriū se tradere corpos Edocuitq; suū se diuisisse cruentum.*

Hæc sacramentaliter intelligenda sunt, cum neque panis, Corpus Christi, neque Calix vino repletus sanguis Christi sit substantialiter.

## DE DICTIS CHRYSTOMI.

Post

Post nudam repetitionē dictionum Chrysostomi, quæ citauerā in meo libello, Ham. pag. 43. & non inueniens, quod repræhenderet, more sacramēta-  
tamen suo iterum mihi exprobrat, quod stū les locutio-  
dio præterierim, quæ in hom. 83. Chrysost. super Mattheum sequātur. Nec intelligit miser, figura Ham. ad li-  
rate, non proprie isthic loqui Chrysostomū. Ham. ad li-  
teram vult intelligi.  
O quot modo dicūt: vellem formam & speciē eius,  
vellem vestimenta ipsa, vellem calciamenta videre.  
Ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Ad  
literā ne ista Hamelmane accipies? Nec vi-  
des: Quia Chrysostomus uno eodemq; contextu ista  
coniungit, eodem modo eum mandationem Christi  
intelligere, quo nimirum modo, videtur & tan-  
gitur.

Quam pulchre verò Chrysostomus Chri- Actio Chri-  
sti & ministrorum actiones distinguit, quas sū & mini-  
passim confundit Hamel. ibidem inquens: strorū distin-  
Ipse nūc quoq; operatur, ipse perficit. Ministrorū etā in myste-  
nos ordinem tenemus: Qui verò hæc sanctificat & riorum cele-  
mutat ipse est. bratione.

Sed & hoc mihi exprobrat, & considerare id nobilem D. Grunrodiū, atq; ipsum Electorem Par pag. 45.  
latinū, & quemvis lectorē cordatiū iubet, quod Prouocatio  
etiam sequentia dicta ex eadem homil. Praeceptor  
meus Philippus Melanthon citaverit, Qui qui- Phrasis Sa-  
dem & alia quædam citauit, quæ cùm Ham. cram. lingua  
omiserit, nūm & ipse falsificator propterea? Nō cruentari  
sufficit Christo hominem fieri, flagellis cædi, sed tanguine  
nos secum in unam, ut ita dicam, massam reducit  
neg

*neq; id fide solum, sed re ipsa nos corpus suum efficit:  
Mox lingua cruentatur hoc admirabili sanguine.  
Hæcne Ham. propria est locutio?*

Nonne vides sanguinem illum admirabilem dici pro sacramento sanguinis? Communionem vero Christi nobiscum (cuius organum est, legitimus usus Sacramenti visibilis) num sic accipies: *quasi substantia corporis Christi intra corpora nostra existat: ac non potius, quod spirituali modo, secundum carnem suam nos ita sibi adiungat, ut sit caput nostrum, nos cum nostris membra eius, ipse in nobis, & nos in ipso maneat corporibus. mus & vivamus?*

**Communio corporis Christi non est mixtio cum nostris corporibus.** *Quod pertinent ista quoque, quæ Hamel. dans sine mente sonum, citare pergit: Nos communionis in unam cum illo massam reducimur, Christi corpus sit modospi- unum, & caro una. Item: Proprio nos corpore alit rituali. & sibi coniungit atque conglutinat. Et rursus: Singulis fidelibus per hoc mysterium se coniungit, & quos peperit, non alijs enutriendos tradit, sed ipse studiofissime alit.*

Quid vero haec ad coexistentiam corporis cum pane, in uno eodemque loco, quam Ham. tuteur? ubi Chrysost. vello verbo praetentia corporaliter hic innuit in loco panis? Qui satis habet docere, hunc panis Eucharistici usum esse, ut sit organum communionis Christi nobiscum.

Nec vero ignoror D. Philippum in sententijs patrum etiam ex hom. 45. Chrysost. super 6. cap. Ioh. citasse quedam, ex quibus vix parvam

uam hanc particulā repetit Ham. *Vt non solum*  
*per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuer-*  
*tatur, per cibū id efficitur, quem nobis largitus*  
*est. Cūn enim suū in nos amorem indicare vellet,*  
*per corpus suum se nobis commisquit, & in unum*  
*nobiscum redigit, ut corpus cum capite uniretur.*

Etiā hoc di-  
 ctū de spiri-  
 tuali modo  
 cōmunionis  
 loquitur.

Quibus prorsus similia sunt, quæ addit pag. 46.  
 ex homil. 60. ad Antiochen. Tu vero Ham,  
 rursus ne de mixtione corporis cum nostris  
 corporibus ista interpretaberis? Ad præsen-  
 tiā autem corporalem in loco panis quo-  
 modo detorquebis?

Sed ô brutum Arietem, si ad literam hæc  
 accipis, quæ ex libro de dignitate sacerdo-  
 tum citas, multa omittens quæ præcedunt, Phrasis sa-  
 inter quæ & illud est (*omnes illo sanguine rus*  
 besieri) An non enim Sacramentaliter dictū Hæc an ad  
 est? Is qui cum patre sursum est, illa hora omnium literā accipi  
 MANIBVS D ET INETVR, & dat se volenti possunt?  
 bus circumdare & complecti: & (quod rursus  
 omittis) faciunt hoc tunc sub omnium OCVLIS  
 Similiter respectu sacramenti visibilis dici-  
 tur, hom. 60. ad Antioch. quod manus, os, lingua,  
 contrefent corpus & sanguinem Christi. Quorū  
 explicatio ponitur ab ipso Chrysost. hom. 61.  
 ad Pop. Quotquot huius corporis participes effi-  
 cimur, quotquot sanguinem DEGVST AMVS  
 cogitemus, quod illum sursum sedentem, qui ab  
 angelis adoratur, degustamus:

Phrasis sa-  
 cramentalis.

Nec nisi sacramentalis loquédi forma est.  
 Super

*Super 2. Cor. vlt. Per basianas & partes ( id est, per os & labia) quotidiè ingreditur ad nos Christus, quando communicamus. Scitis qui mysterioz rū estis participes, quid dicatur. Etenim non vulgarem honorem consecutum est os nostrum, accipiens corpus Dominicū. Et homil. 51. in Matth. Non vestes solū, sed corpus ipsius nobis propositū est, non ut tangamus sollemnmodo, sed ut comedamus & saturemusr.*

Pag. 47.

Vides ergo, eodem modo Chrysostomum diceare comedi corpus Christi, quo etiam tangitur: quod ad literam accipi non potest. Sacramentalis verò prædicatio est non minus, quam in verbis cœnae, cùminquit Chrysostomus hom. 12. super priorem ad Corinth. Quod est in calice, id est, quod è latere fluxit, id est, vinum est sacramētū sanguinis, qui ex latere fluxit. Et sic sanguinem in craterē ex immaculato latere haustum & puris labijs suscipiendum esse dicit in serm. de Eucaristia.

Hæc si non intelligis ex sententia authoris Hamelmane, præterire te illa satius erat, quam detorquere in peregrinum sensum. & boni, ut loqueris, citatoris patrum laudem tibi tribuere, cum aliorū contumelia, quos scurriliter ait ludere cū dictis patrū, ut feles & ciconiae cū muribus & ranis. At nemini magis, quam tibi, quæ sacramentaliter dicta sunt à patribus, ad literam accipienti, scomma hoc tumultum congruit: quemadmodum & sequentia verba

Scōma Hā.  
In ipsius ca-  
pat recidēs.

verba tua: **Das heist wol Patres citien,** **wer**  
**man sie also mag deprauern.**

Neq; vero quisquam Orthodoxorum  
 scripsit, vt tu calumniaris, *ascensionem Christi* Calum. H<sup>2</sup>.  
*in cœlum obstatere verae praesentiae & communica-* quasi per as-  
*tioni corporis & sanguinis in cœna.* Contra-*missionem*  
*tium scripta ipsorum passim habent, nimirū tiamus sub-*  
*quod non impediatur nostra cum Christi corpore latā prorsus*  
*communio, vt neque iuvatur aut perficitur, loci cōmunionē*  
*vicinitate vel identitate.* Illud vero *Sursum cora corporis in*  
*da (quod tu ambigue & calumniote dicas, cœna.*  
*Fidem nostram ad cœlū ascendere, & ibi percipere*  
*corpus Christi) confirmatur etiam hoc Chry-*  
*soltomi dicto, quod citas ex homilia 55 ad*  
*Pop. Antioch: Et hic & in cœlo manduca me, Dis-*  
*xi, Bib me, & te sursum habeo, & deorsum tibi*  
*connector.*

De carnib<sup>is</sup> etiam, quam fide habemus  
 cum corpore Christi, quod localiter est in pag. 48.  
 cœlo: Sacramentaliter in actione cœnæ: fa-  
 cile admitto illa hom. 2. ad Pop. Antioch. & Hæc etiā de  
 de dixit. & paupert. quod Christus ascendens, spirituali me  
 carnem suam & nobis reliquerit, & ipsam habet do cōmuni-  
 ascenderit. Et homil. 24. super priorem ad Cor. onis loqui-  
 rintb. Ipsius corpus in supremū cœlū extulit, quod tur.  
 etiam nobis exhibuit, & carnem suam omnibus  
 tribuit, vt participes eius fierent, ut ea nutriti,  
 per banc maſsam, in vitam immortalem commis-  
 remur.

Vt autem localem præsentiam corporis  
 &

& sanguinis Christi in pane & calice refutat illa, quæ citas ex hom. 3. super Ephes. Illius cor-

Ista confutat *pus & sanguis est, qui supra cœlos residet*: Sic sa-  
corp. præs. cramentales phrasæ rursus sunt in hom. de  
in symbolis. *proditione Iudeæ: Proposita mensæ Domini, corpus*

*& sanguis Christi fiunt. Et hom. 5. de philogonio:*  
Phrases Sa.  
eramētales.

*Hæc mensa vicem explet præsepis: Nam & hic pos-*  
nitur corpus Dominicum &c. Sed triumphum  
ante victoriam canit Ham. cùm exclamat:  
*Chrysostomus totus noster est. Quomodo enim*  
tuus esse potest, cuius sententiam nunquam  
assequeris? cuius verba sacramentaliter in-  
telligenda, tu ad literam absurdissime inter-  
pretaris, & spiritualem communionem in cor-  
poralem conuertis?

De opere imperfecto in Mat. litigat, Chry-  
sostomi non esse, & Erasmū adducit, cui ego  
quidem non repugno. Sed cur ipse supra, pro-  
falsa sua opinione testimonia inde deprom-  
psit? Cur, quod plurā ego ex ea homilia, e-  
xemplo D. Philippi non recitaui, conuitijs  
me insectatus est? Cur Erasmi *ἐπιγιῆς ἀρε-*  
*pudiat? qui piaculum futurum fuisse ait, si*  
*intercidisset hoc opus, & nullum scriptorem fo-*  
*re affirmat, qui legendus sit, si rejecimus omnes in*  
*quibus est aliquid quod improbetur.*

Cum autem tanta sit evidentia horum  
Hæ. corum-  
verborum, In vasis sanctificatis NON EST  
pit locum verum CHRISTI corpus, sed mysterium  
Chrysost.

De authori-  
tate operis  
imperfecti.  
in Matth.

pag. 44.

¶ 45.

corporis eius continetur: Audet tamen Hamelman tenebras offundere, & quasi nemo futurus sit, qui locum inspiciat: De vasis sacratis veteris Testamenti hoc dicit: quia additum sit: Sicut nos docet Baltasar.

At vero clausula illa in texiu ( sicut nos dicit Baltasar, qui bibens calicibus sacratis de regno depositus est, & de vita) eò propriè pertinet in texiu, ut hoc exemplo periculosum esse ostendat vas sanctificata (quæcumq; illa sint) transferre ad usus privatos: Nequaquam vero impedit, quod minus verba hæc ( quæ dæiktikob efferruntur) Hæc vas sanctificata, in quibus non est verum corpus, sed mysterium corporis eius continetur, referantur ad hæc votissimum vas, quorum usus est in celebratione Eucharistie. Imo hoc ipsum membrū. Est in his vas mysterium corporis, conuincit lectorē, ut nec esse habeat, locum istum de vasis mēs dominicae accipere. Quod enim mysterium corporis Christi, proferre Hamelman potest, in vasis veteris testamenti? & audet tamen scurriliter (sic enim loquitur) sententiā hanc hereticā nominare, quod in vasis, quæ ad celebratiōnē Eucharistiae adhibētur, non sit corpus Christi: temeraria & ad nobilem Grunrodiū, & Palatinum Eleclorē: Ham. ac pius ac cordatus Electores omnes, de loco illius operis imperfecti provocat: & me, si vir bonus & sincerus citator sim testimoniorum primitiuarum Ecclesiae, producere iubet clara & perspicua dicta patrum,

*patrum, quae negatiuam contineant, quib[us] corpus non sit in his terris corporaliter, nec ore sumatur in cœna Domini.*

**Inepta postulatio Hā.** Atqui cum patres affirmatiuam sententiam de negatiua tiam de præsentia, & de participatione corporis & sanguinis Christi per fidem, euidentissime expellerint, potestne simul cum hac contra ipsius ipforum nativa sententia consistere contraria? de præsente & manducatione corporali, proprie & ad literā intellecta, quæ sit communis pijs ac impijs? Nec defunt tamen authoritates scriptorum veterum, in quibus ipsa quoque Negatiua expresse ponitur.

**Testimonia patrū, in quibus negatiua expressa est, opposita erali manducationi corporis propriè intellectæ, que fit etiam impijs communis.** Augustinus in Psal. 98. *NON hoc corpus, quod videtis, estis manducaturi (scilicet ore vestro corporaliter) nec bibituri hunc sanguinem, quem effusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendari, quod spiritualiter intellectū vivificabit vos.*

Item:

*Tractat. 27 in Ioban. Isti putabant eū erogaturū corpus suum. Ille autē dixit, se assumptus rū in cœlū, ut integrum. Cūm videritis filiū hominis ascendentem ubi erat prius: Certè vel tunc videbitis. Quia NON eomodo quo putatis erogat corpus suū: Certè vel tunc intelligetis quod gratia eius non consumatur morsibus.*

*Idem de vera innocentia. Qui discordat à Christo, NEC carnem eius manducat, NEC san-*  
*guinem*

guinem bilit, etiam si tantæ rei sacramentū ad ius  
diciū suæ præsumptionis quotidie indifferenter  
accipiat.

Citantur & distinct. 2. C. Vtrum, haec vera  
ba Augustini: Christū dentibus vorari fas NON  
est.

Ibidem c. de hac, Hieronymi dictum citatur:  
De hac quidem hostia, quæ in Christi commemora-  
tione mirabiliter fit, edere licet: De illa verò quæ  
Christus in ara crucis obtulit, secundū se, NULLI  
edere licet.

Cyprianus serm. de Cœna Domini. Haec quo-  
ties agimus, NON dentes ad mordendā acuimus,  
sed fide sincera panem sanctum frangimus & para-  
timur, dum quod diuinū & humanum est distin-  
guimus, &c.

Athanasius de eo quod dictū est. Qui dixer-  
it verbum. Quod corpus sufficeret hominibus  
ad escam, ut hoc totius mundi fieret alimentum &  
sed bac de causa meminit ascensus filij hominis in  
celum, ut corporalem cogitationem ab eis auelleret,  
& postbac disserent, carnem de qua fuerat locu-  
tus, cibum è superna cœlestem, spiritualem alimo-  
niam ab ipso dari.

Cyrill. ad obi. Theodoreti. Sacramentū nos-  
trū NON asseuerat hominis mādicationē, mentes  
credentiū ad crassas cogitationes irreligiosè tradua-  
cens, & humanis cogitationibus subiucere enitens  
ea, quae sola & pura & indubitata fide capiun-  
tur.

Vides

Vides Hamelmane, non vnum sed plura  
me produxisse testimonia, in quibus negati-  
ua continetur, cum tu NVLL LIBI negatiuam  
manifeste reperiri, more tuo, id est, temere affir-  
mas, ne quidem a conuitijs abstinentis, cum falsa  
fariū vocas, quod nomen in te vere congruit,  
qui falsas sententias assingis patribus, & fal-  
sò negas in ijs extare, quæ toties in eoru scriptis occurruunt.

Quid vero ad explicandas sacramentales  
phrases Patrum, in quibus tu perpetuo ha-  
res, afferri potest accommodatius? quam  
quod tu ipse citas ex Commentarijs Chrysost. suo  
per Psal. 22. Quotidiè IN SIMILITUDINE  
N E M corporis & sanguinis Christi, panem &  
vinum secundum ordinem Melchis. nobis ostendit in  
Sacramentum.

Quam futilis autem est reprehensio: quod  
ex hom. 17. ad Hebreos præterisse me calumniaris  
haec verba: Hoc quod facimus, in commemoratione  
nem fit eius, quod factum est. Aliud ne hoc est,  
quam quod recitaui. Hoc sacrificium exemplar  
est illius:

Pag. 51.  
Ham. queri-  
tur à me o-  
missa esse,  
quæ &  
verbis, &  
sententia ea-  
dem prius  
recitata sunt,

Item:

Hoc, inquit, facite in mei commemoratione  
nem: Item: Recordationem sacrificij operamur.  
Omitte autem phantasias tuas de corporali  
præsentia ad locum panis, & nemo tecum litigabit,  
quod ex scripto ad Cæsarium Mon. sis Chrysostomum censuisse, duo esse in usu Cœnæ: Corpus  
Christi

Christi & panem : sed adde : Vnūnquodg modo sī  
bi competente.

**D E D I C T I S N A Z I A N Z E N I ,**  
*Gregorij Nisseni, & Athanasij.*

Cauillatur Ham. quōd Nazianzenum proximo post Chrysostomum loco collo- cauerit. Sed intelligit lector, eum materiam quæcitere viti fitigādi! Neq; leges esse in ~~z~~ incīsā, de ordine temporum strīctē setuan- do : Et in recensendis patrūm dictis, pro- babiliter catusa, nūc hos nūc alios scriptores libere ab omnibus alligari, Quam liber- tatem & in his ipsis chartis suis passim Ham: ipse vñtpat.

Turpissimè autem prodit oscitantiam su- <sup>signe ex</sup> am propriam Ham, dum fidem meam in citando plur. incī- loco Nazianzeni ex *Apolog.* fugacē accusans, & tūx & oscitā- mibi procaciter insultans, de non bene cognita eru- <sup>tūx</sup> Ham, dita antiquitate, negat se ibi tale quid reperisse aut legisse. En verò paginam 413. editionis Heruagianæ anni 71. ex recognitione Iohan- nis Leuenklaij. En verba ista his ipsis literis ac syllabis: Quo tandem modo externū illud sa- trificiū, illud magnorū mysteriorū exemplar prae- fidenti animo ipsi offerrem, aut quomodo sacerdotis habitū nomenq; subirem? &c. En verò & grātē cum tibi textum, τέω ξεωθερ δυνάμης Τωρ μέ- ι πλαστικής φύσις πεπονισμένης.

pag. 52.

**Ham.** digre-  
ditur in que-  
stiones ca-  
lumniosas.

**Prouocatio**  
**Ham.** ad o-  
mnes ordi-  
nes.

**Eluso triuo-**  
**la Ham.**

Vbi ergo tua Hamelmane eruditæ anti-  
quitatis cognitio? quam mihi adimes, Thra-  
sonicè tibi tribuis? sed quām friuolè eludis  
alterum Nazianzeni dictum, ex Oratione in  
laude sororis: Sicubi antitypa preciosi corporis aut  
sanguinis manus considerat.

Primū questiones tuas vītatas repetis,  
Conscientiam meam, & D. Grunrodij iudiciū, &  
Principū ac Comitū cognitionem appellans, an bine  
elici possit, tantūm nudū panem & vinum nudum  
sumi in cœna Domini (quod tu per calumniam  
nobis tribuis) & quod corpus non ore sumatur  
(quod ad literam propriè abs te acceptum,  
cerebri tui figmentum est) ac corpus ac san-  
guinem non adesse in Cœna (quod tū de coe-  
xistētia ad locū panis perperam intelligis)

Deinde nullū verūm vīsum cœnē suille aīs,  
Cum Nazianzeni soror antitypa illa lacrymis  
rigauit. Atqui Basiliū audīvimus, etiam in ipso  
cœnæ vīsu antitypa nominasse, & audiēmus idem  
paulō post ex Macario? Ergo panis & vinum  
veteribus sunt signa, symbola, antitypa, si-  
gne in vīsu Eucharistiæ, siue extra celebrationē  
cœnæ.

**pag. 53.**  
**Scōma Hā.**  
in ipsius ca-  
pus recidēs.

Sed & scomma addis, quasi Papistis gratis  
firari voluerim, in comprobanda illorū artolatria,  
in reponendo & circumgestando fīlo illo pane Eu-  
charistico. Verūm heus tu, Mutato nomine  
de te fabula narratur. Artolatriæ Papisticæ ner-  
uum tueris: Vim scilicet consecrationis, qua  
cor-

corporaliter incipiat Christi Corpus esse in hostia : præsentiam item corporalem : Et oralem mandationem : Et adorationem hostiæ. Et ritus omnes superstitiones à Papi- Ham, arte- stis obtrusos Ecclesiæ, in Eucharistiæ admisi- latriæ de- nistratione. Hæc tu tuiq; similes, dum mor- fensor, dicus defenditis, aliosne esse vos persuade- bitis nobis, quām, quos D. Philippus notat : Stabilit̄ artolatriā, & idola ac parricidia Pape, & Monachorum.

Quām egregium verò Grammaticum te Exemplum nobis rursus præstas? Antitypum dicas confi- gurale esse : & typū opponis Antitypo, perinde ut tiae Ham, Christus & Antichristus sunt contraria. Hoc e- num exemplo vteris. Sed si senem te non pu- det aliquid discere, vnde puerilis inscitia tua corrigatur, Redi ad subtilellia puerorum, & disce, non opponi inter se Typū & Antitypū. ( Hæc enim ut equipollentia usurpantur à scriptoribus ) sed Antitypum, & Archetypum, non quidem de contraria, sed ut correlativa.

Digrederis postea in approbationem al- Ham. in dō- tarium papisticorum, & petulanti lingua tua fens. altar. lacessis virum genere, doctrina, virtute, ac pag. 53. 54. pietate nobilissimum D. Iohannem à Mun- ster ( cuius scriptum de cœna Domini canis instar allatras ) & cum solidi nihil afferre possis ( præterquam ex triuio arrepta, ad quem lampridem ille, tui similibus respondit) in- typū in Theologia nobilem vocas, ipse Theolo-

gorum omnium, quos Westphalia tulit vir-  
quam, ineptissimus. Nec vides, tūm Nazian-  
zenū, tūm Gregorium Nissenū, de sacro Baptismo  
(quē pro te citas) permutare vocabula mensa &  
altaris.

**Mutatio p. 2.** Nisseni loco poterat, mutationem Sacramen-  
tum panis in corpus Christi, nec de transubstantia-  
tione, nec de consubstantiatione accipiendā esse, sed  
de mutatione usus seu officij: sicut lapis communis  
ut ait Nissenus, sit mensa sancta, Altare immacu-  
latū, postquam cultui Dei dedicatū est, & sacerdoti  
augustū & honorandū facit novitas benedictionis  
vis, ut à communitate vulgi segregatus sit.

**Pag. 34.** Quoisum verò eundem Nislenum, Orati-  
Hac extra  
controversi.  
Sacramēto,  
sunt, siue de  
Sanguinē suū ad bibendū præbuerit. Et quod fra-  
ter eius Basilius Epist. 147. inquit: Carnem eius  
siue de re sa- edimus, & sanguinem bibimus, confortes ipsius ef-  
eramenti in fecti per incarnationem sensibilem verbi, ac sapiens  
telligantur. sive vim. Quis enim hæc negat?

**Paradoxum** Sed te o ter ineptum Theologum, qui ima-  
eratilis. & quis: **NVLLA RATIONE** comedio fieri potest  
verè Caper- anobis **QVAM ORE:** Adeōne verò illa tota  
maiticū Hā. concilio Ioh. 6. de mādicatione carnis Chri-  
sti, vana atq; ementita tibi videtur, nisi ore  
corporeo, ut Capernaita aliquis, carnem  
Christi in corpus traieceris? Nam quod ad  
verba cœnæ te recipis: Accipite, comedite,  
bibi-

bibite. De his series tota narrationis conuin-  
cit, ad panem acceptum in Christi manus  
benedictum, fractum, Itemq; ad calicem  
in manus Apostolorum datum propriè perti-  
nere.

Illud autem Athanasi quod ex tom. 3.  
fol. 70z. citas, quomodo ad corporis Chri-  
sti communionem cum impijs accommoda-  
bis? quid in mensa proposita, panem cœlestem &  
incorruptibilem, & O M N I B V S vitam donans tim alienam  
sem, qui inde participarent, sanctum & sacra proposito  
sanctū suum ipfius corpus exhibuerit: An verò in <sup>Hā. partim</sup> <sup>contra se re-</sup>  
<sup>la profert ex</sup>  
dicto sequenti frustrâ, particulam quasi, quæ  
est impro prietatis nota, additam putas ab A-  
thanasio? quod vīnū exhibitans mentem, quæ soe-  
brietatem facit in cuiusq; animo, qui inde degus-  
tant, Q V A S In craterē, suū ipfius sanguinem  
misceat.

Illa etiam figurata Oratio quæstione 109.

ad præsentem disputationem de cœna, plane  
est *απορεῖσθαι*: *Vua Christus est, qui se ipso* PAG. 156.  
*comminuto voluntariè pressus est, & ex morte sua*  
*destillavit diuinum mustū, suoq; seipsum sanguine*  
*rubore fecit.*

Phrasis autem Sacramentalis est, cùm A-  
polog. 2. Athanasius ait: *Tantum sacerdotum*  
*esse, propinare sanguinem Christi. Item: Impium*  
*esse, qui sanguini Christi contumeliā facit, Quod*  
*declaratur sequenti forma verborum: qui*  
*propter Ecclesiasticā constitutionem calice illo ab-  
stineat.*

**D E D I C T O M A C A R I I**  
*ame citato : Et rursus, de quibusdam Na-  
 zianzeni dictis ab Ham. confuso  
 ordine allegatis.*

**Ham. Maca.** Suspectam MACARII fidem reddere co-  
 riji hom. te- natur Ham. ex eo , quod homiliae eius ante  
 merè cona- amos 43. primū inuestigantur , & editur  
 tur suspectas nec verba à me citata referre auder propter  
 reddere. summam perspicuitatem. At longè aliter  
 iudicauit D. Philippus , qui in Epistola ad  
 D. Hardenbergium : Recens editæ sunt veteris  
 scriptoris Macarij conciones , in quibus pag. 82.  
 bæc sunt verba: In Ecclesia offertur panis &  
 vinū , antitypum carnis ipius & sanguinis : &  
 accipientes de pane visibili , spiritualiter comedunt  
 carnem Domini. Scio te libenter tam vetus testimoniū  
 lecturum esse. Cur vero non eodem prece-  
 xtu , etiam Theodorei Dialogos suspectos  
 reddit Ham? Nam & hi non multo ante o-  
 bitum D. Philippi editi sunt.

**Insigne exē-** Sed , attende lector , quomodo rursus  
 plū oscitan- Ham. oscitantiam suam prodat in legendis  
 tiæ Ham. patribus. Quod enim ex Oratione Nazian-  
 zeni ad ciues allegauit : Et hanc mensam , ad quam  
 communiter accedimus , & typos nostræ salutis : Id  
 inquit Hamel. in vtræ Oratione , quam babuit ad  
 aires suos , non reperi. Quomodo autem re-  
 perires ? qui tempus poculis exhausti  
 conuitijs in Orthodoxos cumulandis , pecu-  
 nias

nisi & caseis apud Pastores tuos corradendis,  
aut, si quando tibi libeat, obiter saltem in-  
spiciendis scriptoribus perdere, quām ex-  
pendendis scripturāt aut patrum sententijs  
tribuere mavis?

En autem socordiae tuat adminiculum. Locus Nas  
 Pag. 388. editionis Heruagianae ex Leuenklaij re- quē negat se  
 cognitione. Christum, inquit, Nazianzenus in Ham. repe-  
 Orationis eius cōclusione, postquām ciues trepidata rite potuisse.  
 tes hortatus ac consolatus esset, tandem etiam praec-  
 fidem ira percitū compellans: Offero tibi, Christig-  
 nostra causa factam inanitionē, & cruciatus eius  
 qui pati non poterat, & crucem & clavos, per quos  
 ipse à peccato sum solutus, & sanguinem, & se-  
 pulturam & resurrectionem & ascensionem, banc  
 ipsam denique mensam, ad quam communiter accedia-  
 mus, & typos seu signa salutis nostrae (id est, san-  
 cra symbola) quæ eodem ore perago, quo banc ad Typi seu si-  
 te intercessionem profero, ī sp̄ce Ηγιάνω φέρεται v gna salutis  
 μυσαγώγιαν. sacrum hoc, inquam, sursumq; nos  
 ducens mysterium.

En vero & Eliæ Cretensis Paraphrasin.  
 Salutem vocat, vel Christū ipsum, vel incruentū  
 eius sacrificiū, cuius figuræ sunt. Et rursus: Sursū  
 ducere nos dicit ea, quæ hæc in Ecclesia peragantur,  
 quod signa sint hæc (de sancti viri Dionysij &  
 Maximi sententia) boninum cœlestib; mysterij  
 initiatorum, &c.

Vbi nunc tua Hamelmane glorioſa ja-  
 ratio de Patrum diligenti lectione? Vbi  
 tkez-

Thrasonisni de nota tibi vniuersa antiquitate eruditus?

Qui vero singulas chartas scripti tui malefici, de impostura, inscripsisti in patrum testimonijs a me, ut ore impudentiis, commissa licet ne tibi putasti, ut per imposturam, verba illa Nazianzeni, quae in sermone 2. de Passchate extant, quaeque de spirituali manducatione corporis & sanguinis Christi etiam extra coenæ sacræ usum loquuntur, ad esum corporalem detorqueres, quem tibi in sacra cena erroris tui opinione singis? Submoto, inquit Nazian. omni pudore ac dubitatione, corpus ede, sanguinem bibe, si modo uitæ desiderio teneris, nec donæ tristis carnis fidem abrogans, nec passionis sermonibus offensus. Vbi paraphrastes Nicetas. Nonne ut audis saluatorē dicentem: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis? Quare si uitæ cupiditate afficeris, sublate omni dubitatione, veri agni & Dei corpus comedere, & sanguinem bibe. Omnem enim vitam suaptè vi affert verbum, atq[ue] illud ex virginis editum templū, verbum verū in se ipso habet. Nec tu tamen ad oralem, quam defendis, manducationem cum insigni impostura transference ausus es.

Nam. etiam quo ad verba ipsa corrūpis ac depravas. Nazian. enim sic habet. Impuro ac nefario sanguine laudacram (Baptismi) extergit (Julianus) initiationem eorum nostra, exercitabilior initiationem opponens

sus videlicet in cœno prouoluta, manusq; suas prosp<sup>er</sup>banat, ut nimis eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo, ipiusq; passionibus & diuinis tati communicamus, elueret ac repurgaret. Tu vero, Mox, inquis, incruenti sacrificij oblatione manus commaculat, quasi Iulianus sacerdotis more, Eucharistiam celebravit, cum, ut recte interpres monet, laicorū saltē more antea Eucharistiam manu accepisset, unde sanctitatis aliquid ex hoc Eucharistiae contactu manibus superesse metuebat.

Koinonian autem illā Christi: & passionū & diuinitatis eius, nūm corporali seu orali modo, in sanctis fieri dices? ut verba illa (quæ ad oral. mānūde transcriperis, ne quidē nominare ausus duc. detorsit, es) sacramentaliter dicta, ad corporis Christi quæ de spiritu present. corp. in manibus sacerdotū stolidè rit. commun. torque: O sacrificia mittentes incruenta sacerdotes: Ita nūc quæ Sacramētū. Deim in manibus vestris ferentes. dicuntur, ad

l. Quæsto te vero, lector, locū Naz. in Orat. de Athanas. inspice: Vbi sacerdotes magnū Christi corpus trahere dicuntur & Icholion interpre- tis ex Niceta, si libet, adiunge, cui<sup>o</sup> hæc verba pag. 54. sunt: Magnū Christi corp<sup>o</sup> vocat Theologus, vel patr<sup>o</sup>nē vivificū, vel votius Ecclesie cœtū, cuius caput est Christus. Vtrūq; autē horū sacerdotes trahunt, nēpē et mysticū panē, et Ecclesiā. Hæc scholiastes. Ab Hā. et būc locū, et illud magni Dei figurū (cui<sup>o</sup> appella- tione hominē Naz. intelligit docentiū in Ecclesia fidet

Nam in maiestate fidei commissum ) de ipso Christi corpore,  
 nifesta corruptela veritatis appellat propriè loquendo, interpretatur: Et excla-  
 mat tamē, cum horribili nominis diuini ab-  
 usu, contra Orthodoxos. O te, Christe vocamus  
 & iudicem. hic testem, & ad te prouocamus, vt tandem sis in  
 hac causa iudex. Tu ipsorum fraudulentiam nos  
 visti, Tu ipsorum falsitatem considerasti. Tibi, tis-  
 bi, inquam committimus causam contra Pap. &  
 Sacrament. tuam veritatem, tuū verbū, & gloriam  
 maiestatemq; infringentes & contumelia afficiētes.  
 Hæc ille. At tu Domine Iesu Christe, iudi-  
 cium tuum vel tandem ostende in discernen-  
 da, dijudicandaque causa, in qua te testem,  
 & iudicem isti vocant: Et quos nosti, veri-  
 tatem & gloriam tuam serio querere, corū  
 causam tuere. Ceteros, qui falso prætextu  
 nominis tui recte sentientes inlectantur, vel  
 si sunt sanabiles corrige: vel si peruvicaces  
 manent, experiri sine, quod minatus es in  
 verbo tuo: Non habebit insontem Dominus, qui  
 vanè usurpaverit nomen eius.

### DE DICTIS EX Ambroſio.

Geminam calumniā hīc præmicit Ham-  
 pag. 56. bnam, quasi studio à nobis praetermittantur, quae  
 Calum. Hā. Ambroſius scripſerit de veritate Eucharistiae, in  
 quibus existat: Mihi verò, vt toties jam dixi,  
 non omnia in meo libello corradere animus  
 fuit,

suit quæ quomodocunq; ad cœnam sacram spectarent: sed quæ ad sacramentalem verborum cœnæ interpretationem confirmandam pertinerent. Altera est calumnia, quæ vocabula figuræ, typi, similitudinis, memoriae, tantum ad nudā significationem corporis Christi, prorsus absentis, & in cœlo delitescens, à nobis detorqueantur.

At ego palam profiteor, me ne quidem agnoscere cœnam, in cuius usu legitimo, communio corporis Christi non sit. Cum significatione etiam, exhibitionem ipsam rei signatae coniungo: neq; tamen corpus Christi de cœlo de trahio, & calumniatorem hunc moneo, ut discat tandem, aliam esse præsentiam localem, qualis in pane nusquam promissa est, aliam vero præsentiam esse communionis in usu cœnae Dominicæ.

Mox vero imposturam comittit Ham. cum repetitionem eorum, quæ ex Ambrosio citauit, pollicetur: & tamen fraudulenter omissit, in quibus non parum momenti sitū est: *Vera utiq. caro Christi* (inquit Ambrosius de ijs qui initiantur cap. 9. quæ crucifixæ est, quæ se pupla est. *Verae igitur carnis illiu. sacramentum* est. Omittit & argumentū ex Ambrosij verbis à me detextum: *Ne transubstantiatio panis in omittenda in corpus singatur, aut inclusio corporis in panem:* argumēto ex disertè dicit, *Pane corpus Christi significari: Vis verbo Ambrosium sanguinem nuncupari.* Omittit & vero *ba loci*

Impostura  
Ham. in  
mutando  
dicto Amb.

Alia impa-  
stura Ham.  
in omittendo  
argumēto ex  
disertè dicit,  
Vis verbo Ambro-  
sium sanguinem  
nuncupari.  
Omittit & vero  
detexto.

ha loci ex lib. 4. de sacram. cap. 4. à me clatati & explicati, cuius hæc summa est, similitudinem sanguinis à nobis bibi in Eucharistia, sicut similitudo mortis à nobis sumitur in Baptismo. Nam baptismus mors est, non quidem in mortis corporalis veritate, sed in similitudine.

**pag. 37.** Hanc totam pagellam, cùm silentio p̄tērat Ham., Vulnus conscientiæ sua satis stura alia, in Ham. impo. prodit: Et tamen cauteriatam ipse conscientiam habens, audire iubet & mo & patronos Etsi notis & suppositijs. sc̄ientes, quid Philippus scripserit ante annos 60.

Melanthon quid senserit de locis qui- busdam, que Ambrosij scriptis in- Legta sunt.

mnes opto, & quæ tunc scripserit D. Philippus, & quæ lector atq; probata Occolam- padij Dialogo postea scripserit. In dubio relinquit in libello sententiarum, n̄am sint Ama- brosij, & sic satis confusè scriptos fatetur. In pre- fatione vero p̄fixa editioni Operū suorum Basiliensi: Quædam si affuissem editioni, inquit, submovissim, vt sunt sententiae recenter collectæ τοις δειπνου κυριακού, quarum aliqua in illis authoribus, qui citantur, sunt suppositiæ. Hæc & similia quaedam mallem omissa esse. Et mox: Non velim citatis notis sententijs titulo Cypriani aut Ambrosij aut Theophlacti, confirmari abusus sacramenti: Comperi miram fuisse audaciam, & impudentiam describentium veterū libros, qui ut imponerent indoctis, multa de suo ascripserunt, p̄gnantia cum veteribus,

sed

Sed si miraculosæ aut potius fictitiae transubstantiationis dogma abiecit Hamel. cur Hæ similia ad trans.  
virges tantoperè hæc supposititia? Benedictione pertinent.  
*Natura ipsa mutatur, ut virga Moses in serpem: & serpens in virginem: Flumina Aegypti in sanguinem, & sanguis in aquas versus est.* Cur pag. 58.  
phras illa etiam tantopere delectatur? verba Christi in cœna esse OPERATORIA. Cùm autem non puduerit D. Philippum veritati rectius agnitæ palmam tribuere, quid est, quod Hā. probri loco Præceptorē hunc meum mihi obijcit, quod testimonio eius, aetate & iudicio iam confirmati, prioribus stipulis, quas ipse tandem abiecit, antefero? Quod idem, si Ham. Hā. in obij. & Vbiquitarij facerent de Lutheri scriptis & ciendis scriventijs, plus Orthodoxæ veritatis, plus p̄tis Philip. paeis & concordia publicæ in Ecclesia esset. diversis.

In loco Ambt. ex lib. 4. de sacram. ca. 5.  
negare non potest, Oblationem, id est, panē Eucharisticū dici figurā corporis & sanguinis Christi: Sed non sequi inde ait, quod absit à cœna corpus Christi. Quem verò nominare potest, qui sic argumētur? Non enim nuda aut octofigura est, sine permissione exhibitionis: Ad quam tamen nihil facit presentia corporalis. Sed nec hoc sequi ait Ham. quod corpus Christi non sumatur in cœna ore corporis. Imo vero, si panis Eucharisticus qui ore corporeo sumitur, figura est corporis Christi, quomodo corpus ipsum ore sumitur, propriè loquendo, nisi sacramental. hæc vels intelligi?

**Ham. contra** Nec de orali mandatione propriè lo-  
se tela assert, quuntur hæc verba : *Qui manducaverit corpus  
Christi, fiet ei remissio peccatorum.* An enim  
impijs, quibus oralem mandationem cor-  
poris tribuis, remissio p. datur.

Sacramentalis autē locutio hæc est, quam  
ex lib. 4. de sacram. cap. 4. citat Hamel.  
*Quod accipis (scil. ore) corpus Christi est : Et de*  
mutatione sacramentali verba ista intelligi  
necessere est : *Panis iste, panis est ante verba sac-*  
*ramentaorum : Vbi accesserit consecratio, de pane*  
*fit caro Christi.* Hanc sacramentalem muta-  
tionem declarant verba, quæ ex lib. 6. cap. 1.  
allegat Ham. Ne quidam effet horror cruxis, sed  
manneret gratia redemptionis. Ideo in similitudine  
accipis sacramentum.

**Explicatio**  
quæstionū  
ambiguarū  
quas perpe-  
tuò balat  
Ham.

Quanquam vero vltro fatemur, In cana  
Dominica manducari corpus Christi, sumi carnem  
Christi, bibi sanguinem Christi ( De quo loca  
Ambrosij notat taltem Ham, non recitat, ex  
lib. de his qui initiantur cap. 6. & 8. Ex lib. de  
Sacram. cap. 4. & 5. & lib. 6. cap. 1.) Tamen  
non tollitur propterea hoc, quod panis sacrae  
mentaliter sit corpus Christi, & quod non ipsum  
Christi corpus, sed sacramentum corporis accipias  
tus ore corporeo, ut confirmetur fides de R. P.  
quae contingit non ex opere operato, sed merito  
sanguinis Christi, quod nobis applicatur in usu cœ-  
ras legitimo.

Hoc enim, non aliud volūt verba Am-  
brosij;

brosij, quæ citat Hamel. ex libro de pœnit.  
cap. 3. *Quotiescumq; peccata donantur corporis  
eius Sacramentū sumimus, ut per sanguinem eius  
fiat remissio peccatorum.*

Loca Ambrosij à me citata ex 11. capite <sup>Impostura</sup>  
prioris ad Corinth. mutilat Ham. omittens <sup>Hā</sup> in muti-  
illa: *Memoria redemptionis nostræ est, ut redemp-* landis locis  
*ptoris memores ab eo consequamur, mortem Domi-* à me citatis,  
*ni annunciantes DONEC veniat.* Quibus ver-  
bis ex Apostolo desumptis euidentiis: cuer-  
titur somnium de corporali præsentia.

Quām vero inepta Hamelmani argumen- <sup>pag. 60.</sup>  
tatio est? *Ambrosius, ait, in typum sanguinis nos* <sup>Inepta ratio-</sup>  
*calicem, sanguinis mysterium, ad nutritionē cor-* <sup>cniatio Hā,</sup>  
*poris & animae nostræ accipimus.* Ergo tam cora-  
pus, quam anima nostra nutritur ipso Christi san-  
guine.

Est ne calix (typus atq; mysterium san-  
guinis) identicè aut substantialiter idem,  
quod sanguis Christi? Quod si in vſu my-  
sterij ad institutionem diuinam congruente,  
duo sunt distincta: signum & res signata,  
quæ realiter & tōto genere differunt: an uno  
vtrumque modo & fine, an verò organo co-  
dein, percipi vtrumq; potest?

Sacramento autem rursus locutio est, In mysterio  
cū ex verborum illorum explicacione: Probet sanguine po-  
se ipsum homo: apud Ambrosiū dicitur: sciat mens care, non est  
se reverentiam debere ei, ad cuius corpus sumendum simpliciter  
accedit. Sic enim mox Ambrosius ipse. ore corporis  
Hoc haurire.

**Hamel. error** *Hoc apud se iudicare debet, quia Dominus est, cum  
perpetuus in est beneficij Dei. Non igitur ote corporis, cor-  
sacra locuti- pus & sanguis Christi propriè loquendo, su-  
onibus ad muntur. Alioqui nihil opus fuisse addere  
liceram ac- in mysterio. Et sic illa quoque accipienda  
cipiendis. sunt : Examen futurum est accipientium Corpus  
Domini.*

Item :

*Imaginem iudicij iam ostendit in eos, qui ini-  
consideratè corpus Domini acceperant. Quod si  
propriè & ad literam, aut etiam de sacramen-  
to panis extra usum legitimam ista intelligi  
vult Hamel, quomodo ad impiorum manus  
Contramen ducationem accommodabit quae ex lib. 101  
d' ec. ipsius super 22. Luc. citat. Christi Corpus edimus, ut  
corporis in vitas aeternae possimus esse participes. Et quod ex  
impijs. li. de initiand. ca. 8. allegat. Ista est quā accipissi  
iste panis vivus, qui de celo descendit vitas aeternas  
vac substantiam administrat.*

**Sacramen-** *Cur vero, ut inquit Hamel. reprehēn-  
deret Theodoretus aut Nicephorus, quod ad  
**Whiter dicta.** Theodosium Imperatōrem dixit Ambrosius.  
Quomodo manus extendes adhuc stillantes eadē  
iniqua, & ijs sunt liss. Domini corpus præbendes?  
Quomodo preciosum illum sanguinem ori tuo ade-  
movebis, per quod ira taetus, tantum effudisti san-  
guinis? Sacramentaliter enim illa dicta sunt.  
Alioqui palpari & cerni quoq; corpus & san-  
guis Domini possent, si proprie ipsius cor-  
poris apprehensio fieret? Tu vero Hamel-  
man*

man. **cur** hæreticum iudicas, quod populus docetur manu sua apprehendere Eucbaristiā. **Quod neq;** Theod. neq; Nic. reprehendit.

Ad compellationem autem Enthusiasticā tuam, qua rursum compellas nobilem D. Grunrem dñm, omnes in Germania Principes, Comites, Barones, Nobiles, Concionatores, Christianos, & Tragici coram Deo & Christo filio eius salvatore Unico, & corā pijs omnibus, me et ut loqueris sacramentarij ornes cuiuscunq; generis pronocas: ut apertis et claris verbis Ambrosij probetur illū scripsisse: **Nō ore corporis nostri sumi corp<sup>o</sup> Christi, nec bibi sanguinē eius, et quæ ad familiares tibi quæstiones recurrens, & vera falsis, propria ambiguis mis- cens, præterea addis de porrectione corporis & similia: Satis superq; mihi est, deducere te vel ad ipsam Iuris Canonici glossam, quæ si do-**

Prouoeatio  
Ham. ad  
omnēs ordi-  
nes ineptis-  
sima.

**Aequiuoca-**  
ciliis esse, docere te poterat, de ὁμοουμίᾳ in voce cor-

**poris.**

corporis Christi: quod aliàs ipsissimum Domini corpus carnem & ossa habens, ante & post glorificationem: aliàs corpus mysticum seu spirituale, id est Ecclesiā significat: non nunquam verò, & apud Patres potissimum, de sacramento corporis accipitur:

Hæc tu refutā Hā. aut disce non simpliciter sed secundū quid, id est, Sacramentaliter accipiēdas. **Aequiuoca-**  
**esse** p̄rases, quæ corpori Christi tribuunt, quod sa- tio in voce  
tramēto corporis propriè cōpetit: Sic & præsentia præsentia,  
vel absentiā ipsius corporis Christi disce, nō  
simpliciter vel affirmari, vel negari ab orthodoxis,

I sed

*Sed vel de locali praesentia, seu coexistētia substātiō  
li ad locum panis, quae neq; ex scriptura sacra, neq;  
ex Patribus probari potest: Vel de præsentia, come  
munionis, quam ex Apostolo probati Patres enone  
astruunt.*

*Hæc si discas, si teneas firmiter, si vocum  
significationes distinguas, si quæstiones ac  
Exclamatio res diuersas in vnum chaōs non misceas,  
Ham. in ipsū volens tandem aut nolens victoriā, ut promis  
aptissimè tis, veritati eedere cogeris, aut si hoc non fece  
congruens.  
ris, in te congruet bellum illud Epiphonema  
tuum,*

*Prob Deum immortalem, quanta est istorum  
hominū (imprimis Hamelmani) impudētia? quan  
ta est falsitas? quanta in decipiendis simplicibus  
præsumptio, calunnia, impostura, fraus, temer  
itas, impietas?*

## DE DICTIS EX HIE ronymo.

**Illusiones  
incipit Hā.**

*Testimonium ex hoc scriptore super capub  
26. Matth. de sacramentali verborum cœna intera  
pretatione à me allatū, ubi Dominus panē, qui con  
fortat cor hominis sumpisse, & sui corporis verita  
tem repræsentasse dicitur: vñtatis suis quæstio  
nibus, ijsq; ambiguis eludere conatur Ham.  
Ergone sequitur, inquit, quod propterea non adſit  
nec sumatur ore corpus et sanguis Domini in cœna?  
Imo vero, quia panis repræsentat corpus  
Christi, non in loco panis est substantialiter.*

Ore

Ore vero comeditur, non propriè loquendo,  
sed quatenus panis repræsentat corpus, id est  
sacramento lité.

Sed & dicta alia plurima affert Ham. ex  
Hieronymo, eaq; conqueritur à me præter-  
missa esse: videlicet aut contra se ipsum tela  
nobis suppeditans, aut aliena à meo propo-  
sito in epte cumulans.

Iudam, inquit Hieron. super cap. 14. Marci Ham. contra  
vna bibisse ex calice cum alijs: sed non saturatum, serels affert.  
(Ergo de ligno participauit, non rei signatae  
particeps factus est, quæ sola animam satu-  
rat.) Neq; extinguere potuisse illum fumum ignis æ-  
terni, quia indignè sumpsit mysteria Christi ( id  
est, symbola externa, quæ ex opere operato,  
neq; peccato, neq; pœnis æternis peccati me-  
deri possunt.) De mysterio igitur seu sacra-  
mento sanguinis, intelligi etiā hēc Hieronymi  
verba oportet ( Sanguis n. t. non omnes e-  
mundat) quæ cum opponere se mili Ham.  
iactaret, oppono ego ei vicissim: Sanguis Iesu  
Christi filij Deiemundat nos ab omnibus peccatis.  
Hoc enim propriè, illud sacramentaliter di-  
quum est.

Illud ad Hedib. quest. 2. quod panis sit corpus  
Domini, & calix sit ille, de quo dictum sit: Bibite  
ex hoc omnes. Hic est sanguis meus non tollit af- pag. 63.  
seuerationem de modo prædicationis sacra-  
mentalii, quemadmodum neq; hoc super E-  
saiam 62. quod etiam ad allegoriam referri

porest: Triticum, de quo panis cœlestis efficitur,  
illud est, de quo inquit Dominus: Caro mea veræ  
est cibus: Et de vino, Et sanguis meus veræ  
est potus.

**Aliena à pro-**  
**posito assert**  
**Ham.**

**Hoc sit etiā**  
**extra viuum**  
**cœnæ.**

Ad disputationem verò de Eucharistia mi-  
nimè pertinent ista de filio prodigo: Vitu-  
lus saginatus, qui ad penitentia salutem immo-  
latur (Quid hoc ad panem Eucharisticum?)  
ipse salvator est, culus quotidiè carne vescimur &  
cruore potamur. Sanguis Christi est preciosus,  
in quo redimimur, in passione Domini salvatoris,  
cuius carnib. alimur & cruore potamur (id est,  
non tantum in viu Eucharistia, sed etiā extra  
Eucharistiam.)

**Ham. tela**  
**contra se**  
**rursus pro-**  
**fert.**

Quam evidens verò refutatio est oralis  
manducationis corporis Christi propriè iu-  
tæ in his dictis Hieronymi, quæ contra  
se ipsum citat Ham. ?Dominus noster Iesus ipse  
convixa & convixi: Ipse comedens, & qui come-  
ditur: Illius bibimus sanguinem. Et super II. Os.  
Dedi eis escam corporis mei, ipse cibus & convixa.  
An igitur Oraliter Christus suum ipsius cor-  
pus comedit? aut alio modo & organo ipse,  
alio Apostoli? & ubi paradoxum illud Ham.  
quod supra pag. 54. obtrudere nobis voluit?  
Nulla ratione comestio potest fieri à nobis, quam  
ore?

**Sacra phrā-**  
**ses ab ipso**  
**Hieron. ex-**  
**plicatæ. De**

Iam Sacramentales phrases sunt ab ipso  
Hieronymo explicatae: In Apolog. contra  
Iouin. inquit: Quid maius est, orare, au corpus  
Dominum

Domini accipere? Utique accipere corpus Domini. quo nunquam  
Et rursus contra errores Ioh. Hier. Si mune cogitauit  
et nostra absq[ue] pace offerre non possumus, quanto Ham.  
magis & Christi corpus accipere? Sic vero super  
I. cap. Malach. Polluimus panem, id est, cor-  
pus Christi, quando indignè accedimus ad altare, et  
sordidi mundū sanguinem bibimus ( id est, sacra-  
mentum mundi sanguinis ) In quam sen-  
tentiam & super 3. cap. Sophon. loquitur.  
Sacerdotes qui Euccharistie seruit, & sanguinem  
Domini populi eius diuidunt ( An propriè & ad li-  
teram sanguis guttatum aut per partes diui-  
di potest? Et in Epist. ad Ruf. Monach. Exuperio pag. 64.  
us Domini corpus canistro vimeo, sanguinem por-  
tat in vitro. An tu corpus Christi proprio lo-  
quedo, canistro, aut sanguinem vitro inclu-  
di posse somnias? Allegoricè autē super 10.  
cap. ad Corinth. inquit Hieron. At figurā ve- Allegoriae  
teris Testamenti, de transitu per mare rubrum & interpreta-  
de manna & aqua ex petra profluente alludens: tiones figu-  
ratur vdt.  
Cū Baptismi mare transimus, tunc nobis Diabo- test.  
lus cum suo exercitu demergitur: Deinde manna  
cibamur, & potum accipimus de Christi latere ea  
manantem.

Quid audio vero? Tibi nō piaculū est Hā, Hā in Hieron,  
quod allegationē cap. 6. Iohan. approbas ex Hier. approbat,  
(in disputatione de C. D.) quam in Orthodoxis ferat quod in no-  
reprobus non potest? Sic enim ille super verba, Casbis ferre nom-  
ix cui benedicimus communicatio f. est, Sicut ipse potest.  
salvator

Salvator ait: Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in illo, et panis quem frangimus, nonne pars participatio corporis Domini est?

Et super verba cap. II. Hoc est corpus meum: Qui manducat, ait, corpus meum et bibit meum, san-

**Collatio over-** guinem, in me manet et ego in eo. Vnde cognoscere  
borū cœnæ se debet, quisquis Christi aut corpus edit, aut sanguinem bibit, ne quid indignum faciat ei, cuius corpus effectus est? Tu ne hoc orali manducatione effici putas?

Porro panem non substantialiter esse cor-  
Sacramentū pus Christi, sed sacramentaliter, hæc Hieronimi verba rursus ostendunt super II. ad Cor. Ideo hoc salvator tradidit sacramentum, ut per hoc semper commemoremus, quia pro nobis mortuus est. Nam et ideo cum acceperimus a sacerdotibus (Quid vero ab his acceperimus? An eram. phras. corpus ipsum, quod ad literā intelligendo, apud Hieron. an Sacramentum corporis? ut exp̄l̄se Hieron. dicit) commonemur, quia corpus et sanguis est Christi (substantialiter, an sacramentaliter) ut beneficijs eius non existamus ingratia.

De sacramento igitur corporis, etiam sequentia verba accipienda sunt: Vnde aportebat aciosum cessare à vitijs, ut sanctum Dominum corpus sancte percipiat. Quod & hæc verba demonstrant: Quis tanti mysterij SACRAMEN-  
TVM pro nullo despicerit. Ideo reus erit cora-  
poris.

Vt autem de Sacramento corporis dicitur:  
Sicut

Si in luctu vel vas sordidum, non illud miti pag. 65.  
tere audet, quantomagis in cor pollutū, quam ima  
mundiciem Deus super omnia execratur, & que soe  
la iniuria est eius corpori: Sic de ipso Christi  
corpore facilè admitto, quod sequitur: Nam  
& Ioseph ille iustus propterea syndone munda ina  
volutū, in sepulchro novo corpus Domini sepelivit,  
præfigurans corpus Domini accepturos, tam munda  
dam mentem, quam novam habituros? At Iude &  
ceteris impijs tribuesne mentem nouam  
& mundam? Quod autem non dijudicari  
Corpus Domini Hieronymus interpretatus  
non discernere à cibo communi: Id tūm ad  
Sacramētū corporis, tūm ad corpus ipsum  
recte congruit.

Concludit autem Ham. hic quoq; En. Pronostatio  
thusiastica exclamacione, & videre iubet Dos- Hä. ad om-  
minū Grunrodiū, Principes, Comites, Barones, nes ordines  
Nobiles, Christianos omnes, quod dolosè haec dicta turū nequi-  
Hieronymi præterierim. Meam etiam consciencie- ter reperire.  
tiam appellat, ut dicam, ut respondeam, cur haec  
omiserim, ut exprimam, quomodo haec preterire  
potuerim?

At centies iam hoc à me dictum, respon-  
sum, expressum est? Insigniora me Testimonia  
deterū scriptorū de sacrametalī saltē verborū canæ  
interpretatione colligere: non omnia coacerbare:  
non allegorica dicta cumulare: non que perinēt, ad  
ceteras partes doctrinas de canæ, alienas à propor-  
tione & titulo libelli mis, congerere voluisse. Nihil  
igitur

igitur doli, nihil fraudis hic committere potui. Ham. vero, turpissimis dolis vtitur, in pervertendo scopo mei libelli: in accommodatione dictorum (quae citavi) silentio obruenda: in his, quae sacramentaliter à Hieronymo dicta sunt, proprietate & ad literam accipiendis: in dictis toto genere diversis confundendis: in questionibus à proposito medievaliis & plane ambiguous subinde repetendis: ut hic quoq; ostendere me ex Hier. postulat, ubi serua pserit, Christi corpus non esse, non accipi, non dari in cena Dominicæ? (quod de presentia, exhibitione, perceptione communionis corporis Christi, negare, non modo Hieron., sed nec mihi vitquam in mentem venit: Oremus vero sumi corpus Dominicum, non aliter Hieronymus, nisi sacramentaliter intelligi voluit. Hamelman si potest contrarium probet, aut clausulam illam suam merito libidictam à se putet: Hoc ne est citare patres?

### DE DICTIS HESYCHII.

Nō responsio, sed elusio est dicti à me allegati ex Hesychio lib. 1. cap. 2. in Leuit. quod pag. 66. Ham. ait: Quia hoc sit in memoriam passionis Impostura Christi, sequiturne inde ergo Christi corpus non Hā. in eludē do dicto adest? Substituit enim aliam conclusionem Hesychii. ambiguam, alienam à scopo meo, qui hoc concludere volui: Comedimus, inquit Hesychius, hunc cibum, sumentes eius memoriam passionis. Ergo non ad literam verba caras. Hor est corpus meum,

meum intelligenda sunt; vnde sua sponte sequitur: Non ore corporis propriè loquendo, sed mente fidelis, ut memoriam passionis, sic etiam corpus Domini a nobis accipi. Quād sunt autem προσόντα quæ Hamelman affect? Celebramus memoriam spiritus sancti in festo Pentecostes, & Trinitatis, in Dominica quæ inde nomen accepit. Ergo non adest hic Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Non de infinita essentia diuina, sed de corpore Christi agimus in disputatione de instantia. Insulsa Ha. sacra cœna, quod probet Hamelman ubique esse, vt Deus substantialiter ubique est: Probet item, Memoriam effusionis spiritus sancti esse ipsam effusionem spiritus Sancti factam in prima Pentecoste Noui Testamenti, aut memoriam Trinitatis propriè loquendo esse ipsam essentiam Trinitatis sacrosanctam.

Tantum vero abest, ut sacram. verborum cœnæ interpretationi repugnant, quæ Hā. ex Ham. continet. Hesichio præterea profert, vt multo magis se tela ista affert. eam confirment. Si non fuisset crucifixus, S. A. affert.

**C R I F I C I V M** corporis eius minimè comedevimus,  
lib. 1. Leuit. cap. 2. Audis hīc Ham. Sacrificium corporis, quod non est ipsum corpus, propriè loquendo, sed panis qui est memoria oblationis, seu sacrificij corporis.

Lib. 6. in Leuit. cap. 22. Sancta sanctorum sunt propriè mysteria Christi, quia ipsius corpus est (sacramentaliter scilicet significatum per faciem).

sacra symbola) Hoc vero corpus & sanguis  
(quæ significantur, per mysteria) secundum  
veritatem est (id est, non corpus imagina-  
tum, sed essentia & proprietatibus veri cor-  
poris praeditum.) Quid est autem mysteria  
percipere, & nescire virtutem mysteriorum, nisi  
percipere sacra symbola, & rei signatae non  
fieri participem?

Vbi vero manducatio corporis, (quæ im-  
pijs tribuitur ab Hamelmano) cum Hesy-  
chius lib. 7. cap. 17. super 26. cap. Leuit.  
inquit: *Ad corpus Christi, in quo est omnis  
sanctificatio (in ipso enim omnis plenitudo inhabi-  
tat divinitatis) sine subtili dijudicatione nostrinō  
deverē accedamus*?

**Allegorica** Illud autem lib. 1. cap. 3. in Leuit. quid  
explicatio ce- nisi allegoria est? Propterea carnes cum panibus  
remoriae comedendi praecepit, ut nos intelligeremus, illud ab eo  
Leuiticq. mysterium dici, quod simul panis & caro est. Rio-  
tag. 67. tum comedendi carnes cum panibus, alle-  
goricè transfert ad mysterium Eucharistie,  
in quo suo modo sunt panis & caro: aliter  
ramen panis, aliter caro Christi. Imò aliter  
caro Christi, quam carnes illæ cum panibus  
comedenda, secundum legem Moysi.

**Quæstiones** De quæstionibus ambiguis, cum iubet  
24. octo. me Ham. ex Hesychio ostendere, quod ulli-  
bi scripscrit, non esse, non sumi corpus Christi in  
væsa Domini, vel non ore corporis edis: toties di-  
cendum est hactenus, ut metuendum mihi sit,

ne lector fastidio ex earundem responsionū tam crebra repetitione afficiarur. Ostendat autem Ham. ubi scripserit Hesychius, corporalē præsentia, corpus ad locum panis esse, & ore corporis edī loquendo proprièt.

## DE TESTIMONIIS Augustini.

Quodd ex Epistola Augustini ad Bonif. ci-  
rabi, Sacraenta ex similitudine, quarū sacra- Elusio Ham.,  
menta sunt, plerunq; etiā ipsarū rerū nomina acci-  
pere : Id periuertendo scopū libelli moi elude-  
re Ham. conatur, quia hic non agat Augusti-  
nus de perceptione Eucharistia, & quid in  
ea sumatur, vel non sumatur : At de causa  
prædicationis sacramentalis agit, et si aliae etiā pag. 68.  
plures sunt causæ, de quibus in explicatio-  
ne doctrinæ de sacramentis integra, sèpè à  
me dictum est.

Verba etiam illa, secundum modū quendam, Quod Au-  
sacramentum corporis est corpus Christi ( cùm ad gust. de mo-  
modum prædicationis pertineat, nimirūm do prædic-  
tionis dicitz id Ham. ad. quod appellatio corporis Christi, non pro-  
priè, sed Sacramentaliter attribuitur pani: fictiū ma-  
sicut fidei nomē nō simpliciter ac propriè, sed secū- dum minи-  
dum quendam modū, id est, improposit prædicetur culosæ cu-  
de Baptismo ) insulsè Ham. admirabilem quendā inusdam, vel  
modū, ut loquitur, intelligens copulationem potius come-  
substantialem panis & corporis in uno co- præsentia  
demq; detorquet.

demq; loco detorquet: Et sibi ipsi tamē contradicens, mox addit: Non loquitur hic *Aus-*  
*gustinus vel de absentia corporis Christi, vel de*  
*præsentia in cena Dominica.*

De loco ex Epistola ad Euod. vbi dicitur:

*Aliquando res quæ significat, nomen ei rei quam significat, accipit: Ut cùm spiritus sanctus dicitur in specie colubæ descendisse: & petra Christus nominatur, exclamat H̄a. En lector, quid hic profert de C. Dominica? quid etiā his verbis probat Petzelius?*  
**Ex collatione dictorum scripture potius, quam ex lacunis Papistarum iudicandum est de sensu locutionum sacram.** At vero etiā in ea epistola nō sit expressam étio Eucharistiæ: tamē quia regula generalis est, quæ ab Augustino traditur, exéplis illis sacramentaliū prædicationū monere volui, ex collatione aliorum dictorū scripturarē potius, quam ex Papistarū lacunis discendā esse naturā locutionū sacramentalium, qualis haud dubiè est etiam in his verbis Christi: *Hoc est corpus meū. Nec veritus est D. Luth. hanc ipsam propositionē conferre, cū exéplis de Colubâ & Petra in deserto: quarum haec Christus nominatur, ille Sp. Sanctus.*

Pag. 69.

**Ham. destitutus refutatione solida, semper ad quæstiones alienas à proposione recipit.**

Ad verba Augustini contra Adimant. c. 12.  
*(Quod non dubitarit Dominus dicere: Hoc est corpus meum, cùm signū daret corporis sui) Ut pulucrē excitet Ham. aliena rursus à scopo querit: Ergo nō traditur in cena corpus Christi? Item: An panis signū est absentis corporis Christi? Quasi si tale aliquid inferre voluerim, ac non potius ostendere, quod nec Augustinus ab expositione*

*sator*

Sacramentali verborum cœna abhorreat. Omitit autē Ham. locum ex eadē Epistola, quo denud explicatur Pauli propositio: *Petra erat Christus,* & ratio ostenditur, cur *Petra spiritualis dicta sit.* Impostura Ex loco contra Faust. lib. 20. cap. 21. sic Ham. in sub-argumentatus eram: *Caro & sanguis Christi*, stituendis post ascensum eius, per sacramentum memoriae *conclusio- celebratur.* Ergo non per existentiā corporalē in pa- nibus alijs, ne. Quid hic Ham? pro mea conclusione quām à me alia substituit. Ergo *Christi corpus non sumitur* fuerunt po- in cœna, vel non adest, & quasi re bene gesta sitz. exultat pueriliter, *Quæ hæc est consequentia?* Quasi Sacramentū memoriae, omni in vni- versum præsentię & communioni in cœna Cōtradicō. opponatur: ac hōi potius coexistentiæ cor- Ham. poris Christi ad locū panis, seu existentiæ cor- porali carnis Christi in panē? quācū nunquam se docuisse simulet Hā. cur hac d nobis negata, verā pag. 70. corporis præsentia in cœna tolli assidue clamat?

Perispicua autem esse hæc testimonia, pro Ham. sacra- torali traductione sua gloriatur lib. 12. ca. 9. mentaliter contra Faustum: *Mediatorem Dei, hominem Iesum* dicta ad lite- Christū fideli corde & ore suscipimus. Et cap. 20. ram intelligi In hoc tempore consociatur Ecclesia, quandiu bibi- vult. tur, quod de Christi latere manavit. Sed cum ad literam & proprie, hæc dicta esse affirmat, quæ sacramentaliter ab Augustino dicta sunt: perspicuitate, locutionibus sacramentalibus congruēti, sublata, obscuritatem, imō & absurditatē manifestam, Augustini verbis inducit. Quod

Quod ex libro de fide ad Petrum cap. 190  
à me citatum est: *In ipso sacrificio, gratiarum  
actio & cōmemoratio est carnis Christi, quam pro  
nobis obtulit: & sanguinis, quem pro nobis effudit:*  
*ineptè rursus eludere Ham. conatur, qua-  
stionibus à scopo alienis. Vide optime lector, inn-*  
**Insulsitas**  
**Hā. in quę-** *quit, An neget beatus pater in sacramento altaria  
esse, sumię corpus & sanguinem Christi: (Atqui  
lienis à pro- nec à nobis hoc negatur) aut dicat ore nostro  
posito sem- non accipi aut bibi. (Vbi vero dicit August-  
pes repeten- Ore corporis propriè loquendo accipi aut  
dis.*  
*bibi corpus & sanguinem Christi?) Dein-  
de eūm fateri cogatur, de sacramento cœ-  
næ Dominicæ loqui Augustinum (quod certis  
de causis etiam sacrificium Novi Testamenti nos-  
minatur apud Patres) & commemoratio car-  
nis Christi pro nobis oblatæ, non sit caro  
ipsa? sicut nec cōmemoratio sanguinis pro  
nobis effusi, est sanguis ipse: insulsè tamen  
**Elusio Ham.** negat interpretationem verborū cōne sacramentos  
nihil ad rem lēm binc sumi debere. Non enim iam de sacrificia  
pertinens. *cīs, sed de sacramento cōne disputare se sit?*  
*Quasi verò non eadem Eucharistia sit, quz  
diuerso respectu, nunc sacrificium, nunc  
sacramentum, appellatur: aut quasi (sive vt  
sacramentum, sive ut sacrificium conside-  
retur) simpliciter sit Caro Christi, ac non  
potius secundum quid, id est, quia est com-  
memoratio carnis Christi pro nobis ob-  
latæ.**

**Locum**

Locum ex Ps. 3. quod Dominus corporis sui pag. 78.  
*figuram discipulis commendauit, more suo ire-*  
*rum cludit Hamel. Augustinū non de sola figure Allegare a-*  
*corporis procul absentis, neq; de signo vacuo sen-*  
*nudo symbolo loqui: cùm nemo sit, qui ex ver-*  
*bis Augustini hoc inferat: Ex quibus illud*  
*tamen recte sequitur, quia panis figura corporis*  
*Christi nominatur, propterea panē corpus Christi*  
*dici, non propriè ac simpliciter, sed secundū quid*  
*& sacramentaliter:*

Digreditur autem Ham. in disputationem de  
*Iuda, & bunc quo q; (qui pane Eucaristiae legi-*  
*timè vsus est) verè corporis & sanguinis Christi*  
*re ipsa partipem factum esse pugnat, prætextu*  
*atq; abvsu dictorum quorundam Augustini,*  
*quæ sacramentaliter dicta, simpliciter ipse*  
*intelligit, Ut Epistola 162. Sinit Dominus Iudam*  
*accipere inter innocentes discipulos, quod fideles*  
*honorunt precium nostrum ( id est, panem & vi-*  
*nuum Eucharisticum, quod sacramentaliter*  
*est corpus & ianguis Domini, quæ sunt tra-*  
*dita pro nobis, ut sint precium pro peccatis*  
*nostris ) Hanc enim esse sententiam Augu-*  
*stini, Epistola sequenti docet his verbis:*  
*Primum SACRAMENTVM corporis & sanguis*  
*sui, nondū Iuda excluso, communiter omnibus*  
*dedit: ( Non sunt autem hæc eadem proc-*  
*sus: Sacramentū corporis, & corpus ipsum.)*  
*Et super Psal. 10. Traditori suo primam Euc*  
*haristiam confectam manibus suis ( At corpus*  
*Christi*

Christi, manibus eiusdem confectū non est) & ore suo commendata (id est, quod sit corpus suum, non quidem substantialiter, sed sacramentaliter) sicut ceteris Apostolis tradidit. Et in Iohannē super locum, Fur erat. De uno Pane (nota Hamelmane, De uno pane, non de uno illo naturali corpore Christi) & Petrus & Iudas accepit. Sed ille ad vitam, hic ad mortem. Qui enim manducat indignè (scilicet de pane isto) REVS erit corporis Christi (non igitur particeps.) Similiter lib. 1. de peccat. mer. & Rem. Christi sanguinem, priusquam fundetur, SACRAMENTO (Non in substantia aut in proprio subiecto suo) datum & commendatum esse, ut diceretur; Hic est sanguis meus.

pag. 73.

Ad locum ex Ps. 33 serm. 2. à me citatum, quod Christus, accipiens in manus suas quod norunt fideles (id est, panem ipsum). Non enim corpus suum in manus, quae sunt pars corporis, accepit) QVOD DAMMODO (hoc est, non simpliciter, sed secundum quid) portabit corpus suum, cum diceret: Hoc est corpus meū: queritur Ham. præteriisse me quedam pro ipso ut sit, facientia. Accesserunt Iudei ad Christum, ut crucifigeretur: Nos ad eū accedamus, ut corpus & sanguinem eius accipiamus. Illi de crucifixo tenebantur, nos manducando crucifixum, & bibendo illum, illuminamur. Item: Dedit nobis manducare corpus suū, in quo tanta perpeccus est, & sanguinem

Extra con-  
troversiam  
sunt ista.

*Sanguinem bibere.* Verum quis praeter Hamelmanum, corpus Christi accipi & manducari negavit vñquam, si non propriè loquendo, oraliter & corporaliter manducetur. Siue igitur de sacramentali siue spirituali mādicatione corporis Christi, verba intelligas, minimè inde euinci potest, corpus ipsū Christi, in se & proprio subiecto suo, corporali seu sti, orali modo manducaturi.

Quis etiam praeter Hamelmanum non intelligat illud: *Ferebat Christus corpus in manib[us] suis, phasi sacramentali dictum esse?* Nam si ad literam intelligas, dicesne corpus ipsum Christi in manibus eius fuisse, quod ad mensam assidebat? Dicesne manus extra corpus fuisse? & separatas atq[ue] sciu[n]tas à suo corpore? illud ipsum corpus, manum & mutilum manibus portasse, propriè ac simpliciter loquendo?

Ex Ps. quoq[ue] 40. citat Ham. *Ablata sunt signa promittentia, exhibita est veritas promissa. In hac corpore sumus, huius corporis participes sumus: Quod accipimus, novimus, & qui novistis, nove[r]itis, & mundi dederitis, non ad iudicium accipiuntur, sed ad hanc incorruptionem.*

Prior pars huius dicti de re signata loquitur, quæ est exhibita veritas corporis, in quo sumus, & cuius sumus participes. Altera pars ad signum seu symbolum, id est, ad

panem Eucharisticum pertinet. Quem pa-  
sim Augustinus: ut & Theodoretus, propter  
Catechumenos hac periphrasi describit:  
**Quod accipimus** ( scilicet manu & ore ) no-  
nimus: Nec ad iudiciū accipi potest ipsum  
corpus Christi, sed symbolū huius: ut alibi  
idem August. clare inquit tract. 26. in Ioban.  
**Huī rei, id est, veritatis corporis & sanguinis Chris-**  
**ti sacramentū de mēsa dominica sumitur, quibus a-**  
**dam ad vitā, quibusdā ad exitium, Res verò ipsa,**  
**cui⁹ est sacramentū omni homini ad vitam: Nulla**  
**ad exitium QVICVNQVE eius particeps fuit.**

Nihil autem ad oralem corporis mandu-  
cationē propriē sic dictā pertinet, quod ex Ps.  
94. adducit Hā. **Lauit eos, qui crucifixerūt eum,**  
**Christus, cuius sanguinem fuderunt, ut biberent**  
**pretiū suū.** Nam de spirituali ablutione & bi-  
bitione sanguinis Christi hic dicitur: Idq;  
Psal. 63. exprefscē docet: **Ipsum sanguinem**  
**quem per infamiam fuderunt, per gratiam bibe-**  
**runt.**

**Est ne per gratiam bibere? ore corporeo**  
**bibete:** Aut bibitne Iudas per gratiam san-  
guinem Christi, cuius symbolū ad damnationem accepit? Cūm autem in Ps. 119. addat  
August. **Ipsam carnē, quā de carne Mariae accepit**  
**manducandā, nobis ad salutē dedit, potestē hoc**  
**de manduc. Iudæ & aliorū impiorū intelligi?**

**Quod ex sententijs Prosperi citauit: Panē**  
**caelestem, qui caro Christi est: suo modo vocari cora-**  
**pus**

**p**us Christi: revera esse sacramentum corporis Christi, eius, quod visibile, palpabile, mortale, in cruce Ha. partim positum est: Et immolationem carnis que fiat manu mutilatibus sacerdotis, Christi passionem, mortem, crucis à me citata: fixionem vocari, NON REL veritate, sed signis partim significante mysterio: Id partim mutilat Ham. (Oz pum eorum peruerit. mittit enim hæc verba: suo modo vocatur corpus Christi) partim per tallaciam pluriū interrogacionū cōluento more suo eludere conatur: Ergone sequitur, inquiens, quod Christi corpus & eius sanguis non sumuntur in cena Domina, nica? Quasi vero hoc à me inferatur, ac non illud potius, quod Eucharistic⁹ panis sit non simile, sed secundū quid corpus Christi?

Præterea ad alias sententias ex Prospero, alienas à scopo digreditur, quales sunt: Cū sanguinem Christi sub vini specie & sapore potamus. Item: Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam Dominici corporis immolatio eiusq; sanguinis de latere effuso designatur? Hæc notari & obseruari iubet Hamelman. Sed si tōçtō seruari in his velit, quantum à Papistica Transubstantiatione aberit? Potamus autem in cena, Christi sanguinem sub vino, sicut in Baptismo sub vini potē aqua eodem sanguine ablui mur, tanquam in vel sub mysterio.

Frangitur etiā hostia, & sanguis in ora fidelium funditur, nimirū factametal. & mysticē. Nā propriēt̄ oquēdo, nec corp⁹ Christi, quod

fuit vi<sup>g</sup>tima pro nobis, in partes frangitur,  
nec sanguis extra venas effunditur.

Contradi-  
ctio Ham.

Locum integrum ex sermone ad infantes  
ferè tribus paginis à me citatum integrè, &  
explicatum, vix obiter attingit Hamelman.  
Simulat autem rursus, se non dicere in pane  
localiter existere corpus Christi, aut conti-  
neri. Vocem Corporaliter, qua ego usus fu-  
eram, permutat cum voce localiter: ut in  
pane videatur dicere velle, Corpus Christi  
corporaliter quidem sed nō localiter inesse:  
Quæ est implicatio contradictionis gemina.  
Quomodo enim Corpus, corpus inquam  
verè humanum & organicum, & dimensi-  
onibus suis præditum, corporaliter alicubi  
est, ubi non sit localiter? id est, proportione  
membrorū, & quātitate sua circumscriptū?  
Quomodo verò ad locum seu in loco panis,  
si non localiter? Conciliet hæc Hamelman.  
Corpus Christi locale substantia sua finita sine lo-  
co esse. Et rursus, in loco esse illocaliter.

Cùm autem dixi Augustinum, quanquam  
de mystico corpore Christi multa differat, in exposi-  
tione verborum cœnæ: tamen ipsum Corpus Christi  
quod pro nobis traditum est, adeò non exclus  
dere, ut paulatim assurgere voluerit à communio-  
ne fidelium inter se, ad communionem cum ipso ve-  
ro corpore Christi, cui ut capiti fideles omnes inses-  
ti oporteat, ut unum in Christo corpus sint.

Bonus

Bonus Ham, arrepta vocula (non exclu- Quo pro-  
di) Ergo inquit. Ibi includitur: Ideo adest & ve- priè pertine-  
re sumitur ore corporis. àt hęc verba  
Accip. Co-

Adest sanè, quod ad KOINONIAN: sed nō med.  
adest corporaliter ad locum panis, neq; in- Inepta illa-  
cluditur pani, sicut nec mysticū corpus. Su- tio Ham.  
mitur etiam: sed non ore corporis, proprie  
loquendo. Nam illa quibus fucum lectori  
facere conatur: Accipite, Comedite, non ad  
corpus Christi proprie pertinent, sed ad pa-  
nem acceptū in manus Christi, benedictum,  
fractum, datum discipulis: Quem Christus  
postea corpus suum vocat, non substantiam  
eius mutans, neq; ei Corpus suum inclu-  
dens, sed sacramentum Corporis sui effi-  
ciens.

Magis autem mutus est, quàm piscis Ha- Fraudulētia  
melman, ad ea, quæ in libello meo dixi: Pa- Ham. in fur-  
tres, panem Eucharisticum suo modo recte dicere tū prēterēū-  
sse & corpus Christi illud, quod pro nobis est tra- dis ijs, quę re-  
ditum, & mysticum hoc, quo nos unum corpus inter futare nos  
nos sumus: Et quod Augustinum dixi (quo- potest,  
niam de se ipso quiuis intelligere facilè potest, quo-  
modo sit in Eucharistia, itemq; quomodo cætus &  
societas Ecclesiæ in pane sit) ab eo quodd apertius  
& notius est, alterum etiam illud discere Catechis-  
menos voluisse, quomodo panis sit corpus Christi  
pro nobis traditum, videlicet quia est symbolum  
communionis cum vero & naturali corpore Christi

pro nobis tradito, secūdū quod ipse caput, nos membra eius sumus.

Hæc ergò nugacissimus in cæteris <sup>16-</sup>  
do yo<sup>z</sup> Ham. cùm refutare non possit, pror-  
sus silentio preterit: Et quasi in caupona in-  
ter rusticos suos ebrios federet ad pocula,  
oblitus eorum ad quæ respondere debebat:

**Exclamatio-** nes ineptis-  
ftriss. potentiss. & summos Electores, & Germania  
ad ordines Principes, Palatinos, Comites Rheni, Duces  
omnes im- Saxonie, Marchiones Brand. Duces Brunsv. &  
parij. Luneb. Duces Megapol. Landgr. Hassiae, Duces  
Holsatiæ, Appello illustres & generosos Germani-  
a Comites Schwarzburg/Lippiens. Schau-  
burg/Mansfeld/Gleichianos, Stolberg/Hon-  
steinian. Regenstein. Budingen. de Isenberg. Ap-  
pello omnes sincerioris doctrinæ Nobiles Germani-  
a, imb ipsum Pezely Patronum Utbonem à Grun-  
rod, omnes p[ro]i Evangelij Doctores, atq[ue] cunctos Gera-  
maria Christianos, quotquot sunt veritatis & si-  
ceritatis amantes, & proprie salutis scientes, atq[ue]  
hos omnes per Christum & propriam eoru[m] conscienciu[m]  
tiam obtestor, ut dignentur absq[ue] affectu & perso-  
nar[u] respectu, non tam considerare, quomodo Peze-  
lius citaverit Augustinu[m], quam hoc, quomodo multa  
studiosè in Augustini scriptis præterierit.

Tragica me herclè exclamatio, ad quam  
( nisi currant certatim Electores, Princi-  
pes, Comites, Nobiles, Doctores, quos spre-  
ra honore, spreta autoritate summorum  
ordi-

ordinū, iniq[ue]issime sūæ accusationis aduo- Ham. tandem  
catos, & causa indicta iudices sibi expedit etiā rusticos  
Ham.) periculum est, ne ciues & rusticos suos ad præ-  
Oldenburgenses omnes ad prælium excitos lia cōtra me  
contra me armet, cūm haud carere videatur trudet ines-  
mes.

mysterio, quod in longo illo catalogo Comis-  
tum imperij: *Inelytos & generosos Comites Ol-*  
*denburgenses*, nullo verbo appellari, fortassis  
innuens, se (vel sine eorū authoritate) ciuiū  
& rusticorū suorum, quibus cum frequen-  
ter & strenuè potat, agmina colligere posse,  
inter pocula, ut horum armis me in hac vi-  
cinia opprimat, non aliter, quam Dithmarsi  
rustici olim tonnis aliquot cereuisæ Ham-  
burgēs inebriati, per vim oppresserunt atq;  
interemerunt Henticum Sudphanensem,  
primum Euangelij Christi in vrbe Bremensi  
præconem, cūm velut classico dato, exciti-  
essent à Monacho uno & altero, indignanti-  
bus per doctrinæ Euangelicæ lucem detegi,  
errores, superstitiones, idola sua, ut nunc Hä-  
iras ignesq; crepat, quod in tanta luce verita-  
tis orthodoxæ, artolatriam suam detegi, &  
ceu pellem leoninā, qua Midæ auriculas te-  
gere conatus est, sic persuasionem pietatis  
atq; eruditio[n]is detrahi sibi magis magisq;  
videt ac dolet. Evidē opt. Principum, Ele-  
ctorum, Comitum, Nobilium, Doctorum,  
Christianorū deniq; omniū iudiciū nequa-  
quā extimesco: ac Deo iuvāte legimè vocat<sup>9</sup>.  
cōparebo ad causā dicendam.

Quin

Quin & Deum Opt. Max. invoco, ut  
flectat animos nutritiorum Ecclesiae, ad co-  
gnoscendam, dijudicandamque hanc con-  
troversiam, in pia aliqua Synodo, à qua ab-  
sunt, ut optare solebat D. Philippus, Tyrannis & sophistica.

Quomodo Augustinum citaverim, &  
ceteros patres, ex collatione scriptio[n]is meæ,  
& aduersarij, iudicare possunt lectores, ad quæ  
præuoco. Cur non omnia vndiquaque cor-  
raserim, quæ in scriptis Augustini & Patrū,  
de cœna Domini passim leguntur, multoties  
dixi ha[ec]tenus. Nam scriptio[n]e de sacramē-  
tali verborū cœnæ interpretatione suscepta,  
fuitne mihi ad alia, à scopo proposito alic-  
na, etiagandum, Hamelmani in morem, imi-  
tantis pictorem illum, humano capiti iun-  
gentem ceruicem equinam, & collatis vi-  
dique membris varias plumas inducentem,  
ut est apud Poëtam.

Sed videamus sane, quæ sint illa dicta  
Augustini, quæ Hamelman ait se suppliciter  
orare, ut clementer, devotè, cordatè, atque in tia-  
more Domini legant & expendant, ad quos appella-  
larit.

Ham. patro-  
nos sibi ad-  
uocat Lan-  
franc, &  
Algerum  
transubstan-  
tiatores.

Ex sermone igitur ad Neophyt. inquit,  
hoc Augustini dicto vñsos esse Lanfrancum & Al-  
gerum ( quos præcipuos patronos dogmatis  
de Transubstantiatione fuisse constat ) Hoc  
accipite in pane quod in cruce pependit, & hoc aca-  
siphon

ripitē in calice, quod effusum est de Christi latere.  
 Erit enim illi mors, non vita, qui mendacem putat  
 uerit Christum. Cur autem non aperte pro- In pane &  
 fitetur se cum Papistis sentire? Si Lanfranci calice acci-  
 & Algeri autoritatem tanti facit, & sensum p̄cere Cor-  
 illorum sequitur? Augustini vero verba, In p̄us & S.  
 pane & calice corpus & sanguinem Christi accipere  
 re, neq; Transubstan. docet neq; inclusionē  
 corporis in panē, repudiata m ab ipsis aduer-  
 satijs Berengarij, sed Sacramentalē coniun-  
 ctionem symboli externi & rei signatæ, sic ut  
 pane accepto in v̄su legitimo, accipiatur  
 corpus, & calice accepto accipiatur sanguis  
 Christi.

In Epistola 118. Augustinus ipse mente Corpus & L.  
 suam satis declarat, cum corpus ac sanguinem C. pro sa-  
 ac sacramentum saluberrimum, ut equipollentia cra. C. & S.  
 coniungit. Neuter eorum, inquit, exbonorat ex ipsis Au-  
 corpus & sanguinem Domini, si saluberrimum gust. decla-  
 sacramentum certatim honorare contendant. ratione.

Et rursus: Valet ad hanc similitudinem, quod Corpus Do-  
 in primo populo uniuicue manna secundum pro- minicum, &  
 priam voluntatem in ore sapiebat? Sic cuiusque Sacram. cor-  
 in ore Christiani SACRAMENTVM il- lud quomodo sumatur estimandam est. Ex hac poris per-  
 ipsius Augustini declaratione, perspicuum mutat Au-  
 est quotidiè aut certis diebus communicare corpori gust. ut equi-  
 & sanguini Domini, & à quotidiana medici- pollentia.  
 na Dominici Corporis se non separare, idē  
 esse

esse, quod Sacramentum C. & S. Christi accipere.

¶ pag. 76.

Sic in honorem tanti Sacramenti, inquit, plausisse Spiritui Sancto, ut in os Christiani prius Dominicū corpus intraret, quam ceteri cibi, Quis mos per uniuersum orbem servetur. Nominatur igitur Sacramentaliter corpus Dominicum, quod proprie loquendo est Sacramentum corporis.

Est & hæc sacramentalis locutio, cum Augustinus lib. 9. cap. 13. inquit, de altari dispensari victimam sanctam, ( id est, symbolū victimæ) qua deletum sit chirographū, quod contrarium nobis fuerat.

Prorsus autem euertit opinionem Hammondi ex lib. de Catechis. rud. cap. 26. ipse allegat: In visibilibus signaculis res inuisibiles honoriari. Non enim dicit August. In lignis corporaliter existere corpus & sanguinem, vel in operculo seu latibulo, sed tanquam in mysterio vel Sacramento, de quo toties considerare iubet August. non quid sunt Sacrae menta seu mysteria, sed quid significant.

In signis res  
signata ho-  
noratur.

Christus in  
Sacramento  
ore suscipi-  
tur.

Quid etiam clarius est ad oralem man-  
dationē corporis Christi proprio loquen-  
do euertendam, quam quod contra adu. leg.  
lib. 2. cap. 9. ab August. dicitur i. Christus in  
Sacramento fidelī corde & ore suscipitur? Non  
absolute & in proprio suo subiecto ait Chri-  
stum ore suscipi, sed in sacramento. Idem  
docent

docent hæc August. verba serm. 2. de verbis Apostoli, quæ cu[m] omisi[er]at Ham? Tunc vita vniuersitatis erit corpus & sanguis Christi, se quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritu ritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Opus Quid sit in ponit hæc duo in sacramento & in rei veritate sumere. In sacramento, idem est, quod & in ipsa veritate sumere visibiliter sacram corporis. Sumere ritate edens in veritate, est fide sumere invisibiliter rem factamenti, id est corpus Christi.

Sibi autem dictum putet Ham. quod ex serm. 215. citat: *Videte, si iustus est, ut ex ore Christianorum, ubi corpus Christi ingreditur, luxuriosum canticum (immo & convitium maledicuum) quasi venenum Diaboli proferatur.*

Nec vero negant Orthodoxi, Augustinum multoties scribere: quod corpus & sanguis Christi ore corporis nostri sumantur; sed sacramentaliter hoc accipiendum esse, contendunt, nimis, quia corpus Christi saepe pro sacramento corporis ponitur, ut in hoc etiam dicto, quod ex lib. 2. contra Petil. cap. 32. Ham. adducit. Aliud est pascha, quod Iudei adhuc de ore celebrant, aliud quod nos in corpore & S. Domini accipimus. Ac ratio talium locutionum ex eo Ratio loca. ipso dicto appetet, quod mox adiungit Ham. ex rationum sermon. 28. de verbis Domini: *Dixi vobis, quod ante eam. apud verba Christi quod offeretur panis dicatur: ubi patres. verba Christi de prompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur.*

Nec

pag. 77.

Nec alia est sententia sequentis dicti ex serm. de tempore 252. in quo mulieres dicuntur nisi tidsam exhibere linteolum, ubi corpus Christi accipiant. Et declarationis causa statim adiungitur: Sic igitur ex corpus castum & mundum exhibeant, ut cum bona conscientia, Christi SACRA MENTA suscipiant.

De sacramento corporis loquuntur & haec verba serm. 1. Dom. aduentus ut mundo corpore & casto corpore ad altare Domini possimus accedere: corpus & sanguinem eius non ad judicium, sed ad remedium animae nostrae mereamur accipere: De re signata autem additur: In Christi corpore vita nostra existit ( Si vita, ergo non iudicium. Non igitur corpus ipsum Christi proprie loquendo, sed sacramentum corporis ad judicium accipi potest ) Sic igitur & sequens locus serm. 2. intelligi debet: Si Dominus minus castum, humilem &c. agnoverit corpus & sanguinem suum ei, non ad judicium, sed ad remedium, per sacerdotum suorum ministerium, dispensabit.

Potestne autem tam cucus quisquam esse, qui in dicto illo ex lib. de visit. infirmorum non videat, Augustinum non de ipso corpore Christi, sed de sacramento corporis loqui, cum inquit: Illud vivificum Dominici corporis sacramentum suscipere non renuas, unde & paulo post, redemptoris monumentum & redemptis munimentum vocat.

Etsi autem cumulat Ham. dicta, in quibus fit

In Christi  
corpore vita  
existit.

Hoc etiam  
de sacram.  
corporis di-  
citur.

Ham. sine  
iudicio cu-  
mulat dicta  
August. in  
quib' quo cū-  
que modo  
se mentio  
corporis  
Christi.

Sic mentio corporis, ut serm. 18. de verb. Apostoli: Scelera omnes vitare debent, qui accipiunt corpus & sanguinem Christi. Et serm. 35. de verbis Domini. Quibus corpus Christi erogamus. Et serm. 4. de verb. Domini. Qui ad mensam acceditis & carnem Christi manducatis, servate vos ab uxoribus vestris. Tamen vel ex uno loco, quem ex hom. 16. citat, ineptias suas agnoscere debebat, quibus litigat, proprio ipsum corpus: non sacramentum corporis intelligendum esse, ubi cuncti apud August. inueniuntur corporis nomen.

Interrogavos, inquit August. Dicite mihi quid nobis plus esse videtur verbum Dei, an corpus Christi? ( id est , sacramentum corporis ) Si verum vultis respondere, utrum dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi, & ideo quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi administratur, ut nihil de ipso in terram cadat.

( Potestne autem de ipso corpore Christi fragmentum aliquod in terram cadere proprius loquendo ) Tanta sollicitudine observamus verbum Dei, quod nobis erogatur. Quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille, qui corpus Christi in terram CADERE sua negligenter permiserit.

Sed non minus perspicua sunt & sequentia loca, in quibus panem Eucharisticum, & corpus Christi pro equipollentibus ponit:

&amp;

pag. 78.

& Corpus in sacramento manducari ait:  
 Nam ad Iulian. Comit. *Vnusquisq; inquit, cora-*  
*pus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi acci-*  
*piait, & seipsum probet, & sic de illo P a N B*  
*edat, ac de calice illo bibat.* ( En quod corpus &  
 sanguinem antea nominauit, id ex Paulo pa-  
 nem & calicem illum vocat, Et mox ( vbi  
 Apostolus habet, qui indigne comedit de  
*pus & sanguinem Domini, iudicium sibi manducat*  
*& biberit.*

Libro 2. verò contra Epist. Petil. cap. 55.  
*Audituri sunt ( NO N novi vos ) qui corpus &*  
*sanguinem eius in sacramento manducant & bis-*  
*bunt, & mēbra eius in toto orbe diffusa non agno-*  
*eunt.*

Item lib. 19. de civitate Dei cap. 25. Qui est  
 in eius corporis unitate, id est in Christianorum  
 compage membrorum, cuius corporis Sacramentū  
 fideles communicantes de altari sumere consuever-  
 runt.

Cur omittis hīc Hamelmane? quod est e-  
 pud cundem Augustinum lib. 21. de Ci-  
 vitate Dei cap. 25. Dicendū non est, eum come-  
 dere corpus Christi ( scilicet propriè dictum ) qui  
 in corpore non est Christi ( id est, in Ecclesia ) Nec  
 isti ergo dicendi sunt manducare corpus Christi,  
 qui nec in membris computandi sunt Christi. Et  
 illud alterum in Ioh. tractat 26. Ac per hoc,  
 qui nō manet in Christo, & in quo non manet Chri-  
 stus, procul dubio non manducat spiritualiter car-  
 venus.

nem eius, non bibit eius sanguinem, licet visibiliter & carnaliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & babit.

Quid vero Hamelmano neganti sacramentalem verborum cœnæ interpretationem, magis potest esse contrarium? quam quod ex term. 28. de verbis Christi citat. Tu autem rurius consideras quod, quotiescumq[ue] offertur sacrificium, mors trans pro Domini, elevatio Domini SIGNIFICET VR, & fert. Remissio P. Et panem istum vitæ nostræ quotidie non non assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus: Medicina est, cœlestis & venerabile Sacramentum.

Quam repugnant etiam alteri opinioni Contra mā. Hamel. quod impij ipsius corporis Christi duc. ipsius participes fiant (proprie loquendo) hæc quæ corporis in ex Augustino iterum allegat dicta? Tractat. impija. 26. in Iob. Non enim Dominica buccella venenum fuit Iudeæ, & Iamen accepit, & inimicus in cum in tradit (An buccella Dominica ipsum tibi Corpus Christi denotat Hamel?) Tractat. 59. in Iohann. Apostoli manducabant panem Domini, Iudas vero panem Domini (Non ergo Dominum ipsum) contra Dominum. Illi ergo vitam, hic pœnam.

Lib. 2. contra Petil. Epistolam cap. 37. Ex una quippe re sancta (Hæc res sancta est sacramētū) Iudas sibi sumebat iudicium. Petrus salutem, Similiter & sequētia dicta seipsa satis declarant, si collatio mēbrorū fiat. Lib.

pag. 79.

Ham tela

rurius cons

&amp; fert.

Lib. 5. contra Don. de Bapt. Sicut Iudas, cui  
Buccellam (non autem corpus ipsum propri-  
e dicatum) tradidit Dominus, non malum acci-  
piendo, sed male accipiendo, locum in se Diabolo  
præluit: Sic indigne quisque sumens Dominicum  
Sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, ma-  
lum sit, quia non ad salutem accepit, nihil accep-  
perit.

pag. 80.

Corpus enim & sanguis Domini nihilominus  
erat (sacramento litér) etiam illis, quibus dicebat  
Apostolus: Qui indignè edit de PANE illo, in-  
diciū sibi manducat.

Ad fratres in Eremo serm. 38. Nec putan-  
dum est, quod Iudas non tunc corpus Christi sumo-  
psisset. Et mox: Bona fuit bucella, quam Chris-  
tus discipulis dedit. Bonū etiam SACRAMEN-  
TVM, quod ei tribuit. Et rursus. Corpus Domini  
ni quod bonū est (ut antea dixit Sacramentū  
bonum) malum est.

Nec clarius aliquid ad explicandas locu-  
tiones sacramentales, in hac disputatione  
de Iuda asserti potest, quam quod de Vtil.  
pœn. cap. 6. ex August. allegat ipse Ham.  
De ipso quippe pane, & de ipsa Dominicā manu, &  
Iudas partem, & Petrus accepit. Quod alibi  
dicit, Iudam de corpore Christi manducasse:  
Id nunc de ipso pane docet, qui in Domini-  
ca manu fuit: Nam Corpus ipsum Christi  
non fuit in Dominicā manu. Alioqui cor-  
pus verū, sine manibus & sine digitis fuisset,  
aut

aut manus aut digiti duplicari, alij videlicet continentes, alij contenti.

Vbi autem Thrasonica Ham. gloriatio? de pductis à se claris & perspicuis Testimo- nijs Augustini, pro sua sententia? quām mul- to rectius hæreticā & impiā, opinionē nomi- nare, quām probare vñquā, possit, nostrā, quę Orthodoxa est, hæreticā & impiā esse, vt hīc petulantī lingua conuictiatur. Iudicent ergo hīc, ad quos denuo prouocat, Excellētiss. prin- cipes, Illūstres Comites, præstantiss. Nobiles, Chris- tianos omnes, cordati & sui salutis fitientes, ius- dicent inquam, vt postulat Ham. absq; affectu, absq; respectu personarum, citra præiudicium, sine fuso, Ita dephendent profecto, quod verē de se illa scribat, se in acie stare, et meritō suo excipere pla- gas in animo & conscientia sua, nisi forte omnem semel conscientiam abicerit.

Me verò dicere, probare, ostendere, pro- ferre iubet, vbi, quando, quomodo August. scripsit, quod Christi corp' non sit in his terris, quod non sit in Cœna Domini, nō in ea sumatur, nō ore nostro percipiatur, quod verba Christi in cœna sint figura- tē & tropicē intelligenda. At videant lectores, quām insidiosē diuersas quæstiones misceat.

Alia quæstio est, an corpus Christi hīc in terris sit (quod ad loci situm pertinet) alia an sit in Cœna sacra (quod ad præsentia- m Koinonias spectat.) De absentia ab his terris, sic clarè August. Nolidubitare, IBI

Prouocatio  
ad omnes  
ordines.

Pag. 81.

L nunc

**nunc esse hominē Christū Iesum, VNDE venturus est, memoriter & recole, & fideliter tenē Christiacam Confessionem: Quoniam resurrexit à mortuis, ascendit ad cælum, sedet ad dextram Patris, nec ALIUND, quām INDE venturus est, sicut visus est ire in cælum, id est, in eadem carnis forma atq; substantia, cui profecto immortalitatē dedit, naturam non abstrusit.**

Quod sumatur corpus Christi in cœna extra controvërsiam est. Sed ore, id proprie loquendo non accipi, quanquam Sacramentotenus etiam ore ac visibilitet sumi recte dici potest, velvnum hoc Augustini dictum satis ostendit: In Pl. 98. Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt qui crucifigent me. Sacramentū aliquot vobis commendavi: Id spiritualiter intellectū invicibat vos: Etsi necesse est illud VISIBILIT ET (atq; ita etiā oraliter) celebrari, oportet tanten invisibiliter intelligi.

Per figuram aurem loquendi (qua Sacramentalis dicitur) non autem simpliciter verba Christi intelligenda esse, tot testimonijs probauit, quot ex Augustino ceterisque patribus dicta in libello meo attuli.

O Miserum ergo Hamelmanum, O male consciūm hominem, (sic enim exclamatio- nes ipsius quasi in parietem allata in Ham. resultant) Quid respondebit miser Augustino ceteris & patribus, quo ut depravator & falsarius

Echo verbo-  
rū resultans  
in ipsum  
Ham.

(Nād hæc Epitheta ei meritò reponit Echo)  
 non candidè sed perverse citavit, qui in die iudicij eū falsitatis buius accusabūt. Denique &  
 hoc ad aures atq; animum eius afferat Echo:  
*An non cogitat Hamelman & sui, quod in extrema hora mortis, posset būius depravationis memoria, aut patrū multorū nomina ipsum fugillare & anxium reddere?*

## DE THEODORETI Testimonij.

Monitoris personam sibi sumit Ham. &  
 quasi dubium sit de scopo disputationis Or. pag. 82.  
 thodoxi contra Eranistam. Etenim ex sym-  
 bolis Sacramentalibus ille rei signatae (id est,  
 corporis & sanguinis Christi veritatem pro-  
 bat) p̄fationem longam & supervacueam  
 præmittit, simul negans de vacuis signis,  
 prorsus absentis corporis Theodoretum lo-  
 qui: Qua in re neminem habet aduersa-  
 tium.

Ham. digres-  
 sionibus su-  
 per vacuas  
 explet  
 chartas

Postea ex ijs, quæ in libello meo ex Theo-  
 doreto citavi, peccinentia ad sacramentalem  
 verborum cœnæ interpretationem, pleraq;  
 silentio præterit, in quibus non parum mo-  
 menti situm est, ut ex collatione lector intel-  
 liget. Is vero quæ ex eo ipso libello repetit,  
 non aliud habet quod opponat, quam diuer-  
 ticulum illud suum, alienum à proposito;  
 quæ nullibi Theodoretus in Dialogis expressè dia-

eat, quod panis Eucharistiae non sit corpus Christi:  
quod corpus & S. Christi in sacramento altaris non  
sumantur.

An hęc non Atqui hoc satis est eum dicere, Sic panem  
satis perspia Eucharisticum corpus Christi vocari, & vinū san-  
guinem, quia salvator noster nomina commutarit,  
panē nō sim- & symbola visibilia appellatione sui corporis &  
pliciter & sanguinis honorarit, vt non intenti essemus in na-  
proprie esse Corp. C. sed turam eorū, quae cernuntur, sed per nominum per-  
mutationem crederemus ei quae ex gratia facta est  
mutationi. Et rursus: Quia alimentū hoc sanctiss.  
symbolum & figura est corporis & Sang. Christi.

Item: Quia divina mysteria, corp⁹ quod verè est  
repräsentant. Item: Quia typus sunt corpora  
ris & sanguinis Christi: De Communione au-  
tem ipsa corporis & sanguinis, satis est can-  
dem Theodoretum dicere, Credo me fieri  
participem Corporis & Sanguinis Christi (etia-  
tur omnes ambi ore corporeo hoc, proprie loquendo,  
Orthodoxi, non fiat.)

Exemplum autem inscritiæ Hamelmani-  
acæ est, quod cùm clausulam illam (gratiā  
Inscritiæ Hā. naturæ adijciens) his verbis explicatæm (hoc  
etiam in est, manente substantia symbolorum efficiens (vis  
Grammaticis delicet Christus) ut iam non amplius pro commu-  
ni pane & vino habeantur, sed ut sacramenta &  
pignora, in & media communicationis corporis  
& sanguinis Christi esse credantur: bellus Gram-  
maticus Hamelman. Crederem, inquit, legen-  
dam efficiente. At unde regitur hic Ablatiuus?  
quem pro Nominatio substituendum esse  
credidit

etredis, mi Hamel mane? Sed maior est illa  
tua infirmitas, cum haec verba (quid symbola non  
pro communi pane & vino, sed pro sacramentis & Hā. negat a.  
pignoribus, imo & medijs communicationis corporis pud Theod.  
ris & sanguinis Christi habenda sint) nec Theod. esse, quæ  
doretū habere, nec te eorum sensum ullibi apud manifeste  
Theodoreum invenisse, inscitè admodum scribis. Theod. do.  
An enim qui panem & vinum symbola vi- cet.

Sibilia corporis & sanguinis nominat, qui  
naturam non mutari, sed gratiam ad-  
iiciat, qui mystica mysticè explicat: qui  
symbola imaginem archetypi vocat: qui  
mysteria, corpus quod vere est repræsentare  
dicit, qui se in yisu symbolorum affirmat  
credere, quod fiat participis corporis & san-  
guinis: non docere tibi videtur, quod sym-  
bola, manente substantia ipsorum, non ta-  
men pro communi pane & vino habenda,  
sed ut sacramenta ac pignora, imo & me-  
dia communicationis corporis & sanguinis  
Christi credenda sint? O inscitiam pistrino  
dignum, quam minime tegere poteris isto  
tuo iterum atq; iterum repetito κεκβφυγετω. pag. 84.

Non dicere Theod. quod panis & vinum sint sym-  
bola vel signa absentis procul à cena Dominica  
corporis & sanguinis Christi: Neq; nos enim  
hoc simpliciter dicimus,

Similis inscitia est in hoc effugio, quod  
eum Theodoreus inquit. Illud corpus (cuius potest.  
figura sit panis) habere priorem formam &  
figuram

Effugit Hā.  
sed quo ru-  
ditatis suæ  
argumentū  
effugere non

figuram & circumscriptionem, deniq; eandem corporis substantiam (vbi addidi in scolio, Hec dici non possunt de corpore quod sub specie panis delis, hoc est huius ressere fingitur) Tu cum refutare non posses, hoc latē addis: *Hec P̄ezelius habet, non Theodore* doretus. At ostendit bone vir, definitionem Corporis à Theodoro p̄scriptam, & ex ore Christi haustam Luc. 24. vila ex parte vel minimā, congruere illi corpori non corpori, quod sub pane substantialiter latitatē comminiscetis? Ostende formam, figuram, circumscriptiōnem, substantiam veri corporis in illo commentatio tuo corpore non corpore, quod substantialiter vis contineri sub pane Eucharistico.

Sed an non sunt, exclamas pie lector, clara Theodoreti verba: *P̄st sanctificationem, symbola, hoc est, panem & vinū vocari corpus & sanguinem Christi, & horū in sacramento nos fieri particeps, & ita intelligenda, quod ea (sint video bū) & quae creduntur, tanquam revera illa sint* quae hærent in cōtrouer- fia, nunquā probat, nec probare pos- tis. *Quid clariss inquis, dici potuit pro nostra sententia à Theodoreto?* Heus tu. Neque nos aliud dicimus, quam Theodoreetus in his verbis habet: *Vbi vero est illud tuum:*

*Ore percipi corpus: & panem corpus esse similius ister?* Digredetis postea in conuictia contra Dñnum, quem vocas hominem in adorationem sue

*Ham. con-*  
*mitatur Da-*  
*nō non in-*  
*telligens*  
*ista causa.*

tius Christi religiosam, blasphemiam & plane impium.

At calumniam tuam te impium esse memineris, qui aut non legisti illius scripta, aut si legisti, sycophanticē voculas quasdam arrivis, neglecto sensu Orthodoxo.

Exultas verbis illis Theodoreti: Christi corpus divinā gloria repletū, ad dextram Dei ele-  
datū, adorari ab omni creatura: Hac nemo Or-  
thodoxorum negat in sano sensu, quem Cy-  
tilli Anathematismus docet: Si quis audet dia-  
cere, assumptum hominem coiidorandū Deo verbo,  
tanquam alterū cum altero, ac non potius una sup-  
plicatione veneratur Emanuel, vnamq; ei glorifica-  
tionem dependit, iuxta quod verbum factū est,  
anathema sit.

Cur autem misces Ham, quæ sunt diuer-  
sissima? Non ad hanc clausulam (Corpus Christi pag. 38.  
adoratur ab omni creatura) sed ad illa de symbolis  
verbis (intelliguntur & creduntur), dixi in scholio,  
Adorantur, id est, reverenter trattantur. Tu ve-  
ro vis ne adorari religioso invocationis cultu  
symbola? aut Christum ipsum ad locū sym-  
bolorum? Etsi quid me querere opus est, Deadoratio-  
cumq; Iohann. ap. aperte defendas. Calumnia  
vero tua est, me ferre nō posse verbum, ado- Deadoratio-  
nē symbolo-  
rū quam sic  
nominat  
Theod.  
Hā. calunia.

Atqui non expungo ex Theodoreto sed  
explico, ut D. Cruciger senior in epistola  
iam

pridem publicata ad Vit. Theod. scripsit  
Pbrasim à Lutherō usurpatam contra Louan-  
do verè adorabili sacramento, certè opus habere decla-  
ratione, et Lutherū ipsū cōmode hoc in p̄ælectione  
quādā explicuisse: cū de reverentia erga Euangelia-  
rum, & totū ministeriū diceret.

Redis autem ad Scholion à me adiectū de-  
finitioni corporis apud Theod. & cursus ( ut  
estis à sola fortes garrulitate senes ) exagitas,  
quod dixi, definitionē illam non posse dici de  
corpore, quod sub specie panis delitescere  
singatur: Et per fallaciam plurium inter-  
rogationum, Dic tu os impudens (inquis) Vbi,  
quo in loco, dixit, scripsit & protulit Theod. Cor-  
pus Christi non esse, non dari in sacra cœna acci-  
pientibus, neque ore sumi, sed procul abesse? At à  
os verè impudens Hamelmane, qui tam im-  
pudenter contumelias: Dic tu, ubi Theod. docu-  
rit miscere questio[n]es diversas? Corpus enī  
Christi esse in cœna, dari in S. cœna accipi-  
entibus, nemo negat, neque hoc Theodore-  
to quisquam sanæ mentis imputauit. At ore  
sumi (propriè loquendo) eo ipso negat The-  
odoreetus, quo credere se ait, non autem ore  
percipere, quod fiat particeps corporis &  
sanguinis Christi.

De Ignatij loco apud Theod. & de His-  
toria Ambrosij, ac Theodosij, supra responsum  
est. Et ad tractationem de cœna nihil o-  
mnino pertinent, quæ Theod. recitat de  
Auda

Auda Christianorum Episcopo, in Persia Py- pag. 87.  
reum subuentente.

*Quis autem non agnoscat phrasim Sacra-  
mentalem in his verbis Theodorei super II.  
Cap. prioris ad Corinthi? Ignominia & de decoro  
eū afficiunt, qui sanctissimum eius corpus immundis  
manibus accipiunt, & in pollutum & incestum im-  
mittunt. Et rursus, Salutaris sacramenti portas  
aperuit, & non solum Apostolis XI. sed etiam Iu-  
dei proditori, preciosum corpus & sanguinem im-  
pertit. Audis vocē sacramenti. Corpus igi-  
tur & sanguis Christi, non propriē loquendo  
sed sacramentaliter, id est, sacramētum cor-  
poris & S. intellige, immundis manibus ac-  
cipi, & in os pollutum immitti. An tu vero  
vel Apostolis XI. vel Iudei ita impetrissē Chri-  
stum dices, corpus & sanguinem, ut ex sua  
manu in ipsorum MANVS & OS ingesserit se-  
orsim corpus, seorsim verō & sanguinem  
suum propriē loquendo?*

*Quod verō ex enarrat. IO. cap. eiusdem  
Epistole citas: id de effectu manducationis  
sacramentalis in legitimo vſu loquitur, neq;  
à quoquam Orthodoxo impugnatur: Qui  
sacra mysteria percipimus, nonne ipſi Domino com-  
municamus? cuius & corpus & S. esse dicimus,  
quandoquidem omnes unius panis sumus par-  
ticipes.*

*Hæc dolose, fraudulenter & insidiose me  
præte-*

Intempesti-  
ua exclama-  
tio Ham. &  
prouocatio  
inepta ad o-  
mnes ord.

præterijſſe exclamat Hamel. Quasi vero inſ-  
dia committi poſſint in ijs, que controuer-  
ſiam nullam habent, aut quaſi in uno loco  
omnia ex omnibns scriptoribus corradere  
debuerim? Et appellat rāmen iterum homin-  
dolosus ac fraudulentus, Euangelicos Germanie  
Principes, Illuſtriss. Heroas, generofos Comites,  
Barones, Nobiles, veritatis amantes, Pios, Christi  
anos omnes, ac damnata temerario iudicio  
ſententia Orthodoxorum, ut falsa & hereti-  
ca, ostendere me iubet, ſi vir ſincerus ſim, ſi  
antiquorū Patrū testimoniā mihi curae ſint, ubi,  
quando, quomodo dixerit iſta Theodoreta, quod  
corpus Christi bic in terris in ſacra cœna non ſit:  
non ore ſumatur, quod Judas verū Christi corpus  
num reliquis Apoftolis non ſumperit & Hoē proba-  
re, hoc ostendere, hoc demonſtrare me claris & au-  
partis Theodoreti verbis iterū atq[ue] iterum iubet.

Ham. que-  
ſiones miſ-  
cet partim  
ambiguas,  
partim toto  
genere di-  
uerſas.

Ego vero iterum iterumque repondeo:  
Miſceri ab Hamelmano, queſtiones diuer-  
ſas, de præſentia in terris, que ſitū loci respicit,  
& de præſentia KOINONIAS cū fidelibus. Miſce-  
ri item ſignificationes diuīctas vocabuli cora-  
poris, quod nonnunquam pro vero & na-  
turali Corpore Christi: interdum pro ſacra-  
mento veri corporis ponitur. Denique queſ-  
ſacramentaliter à Theodoreto dicta ſunt, propriè  
& ad literam accipi ab Hamelmano, cui proprie-  
tate verè nomen falsarij competit, qui quo-  
modo

modo, ut hic loquitur, stabit in illo die coram sincero doctore Ecclesie Theodoretos

## DE DICTIS CYRILLI.

Sed novum etiam erimen mihi intendit Hā. homo, nescio utrum ineptus, an vafer (quo nomine hic vixit) a me appellandus. Callide ait me præterijisse Cyilli testimonium, quod in Augustano conventu coram Cæs. Majestate, & in multis Germaniae Principibus, Heroibus, Comitibus, Nobilibus & præstantiss. viris protulit Petrus Mel. Preceptor mens in Abel. Confess. August. Et mox locum integrum ex decimo articulo eius Apologiz prolixè recenset, qui cum nemini Dei Beneficio ignotus sit, mihi tunc ad repeter dum, haud videtur necessarius. Nihil vero est in eo loco, quod me offendere possit, aut debeat: Sed Hamelmano pleraque contraria esse video. Ait Atticulus pag. 89. decimus. In CÆNA Domini verè & substantia aliter adesse corpus & S. Christi, & verè exhiberi cum illis rebus, quae videntur, pane & vino, his qui Sacramenta suscipiunt. At Ham. partis & calici includit corp' & S. Christi, & præsentia non de communione cum vtentibus, seu de exhibitione in legitimo vsu, sed de situ loci, in vel sub, vel ad panem & vinum interpretatur. Cyrus etiam illud Corporaliter, non

Ham. Cy.  
rill. obijat,  
quem si in-  
telligeret,  
actū videre  
de corporali  
coexistentia  
ad locū pa-  
nis, & orali  
manducat,  
propriè di-  
cta.

de

de modo, sed de objecto vniōnis loquitur,  
sc̄m coniunctionem corporalem seu secundum caro-  
nem nominat, & Christi communicatione carnis  
sue corporaliter in nobis habitare, & participatio-  
ne naturali in nobis esse, differit. At Ham, ad  
symbola ipsa corporalem præsentiam refert,  
& modum corporalem singit, quo in os no-  
strum corporeum Christi corpus ingredi-  
atur, & intra nostra corpora existere inten-  
piat.

**pag. 90.** Ridicule verò Ham, qāi Philippum Mel-  
sua illa verba, quibus ex Cyrillo vsus sit, videlicet  
in Articulo x. Apologiae: nunquam palam,  
nunquam publicè revocasse ait.

Sed nec priuatim, nec clām reuocandi  
ista, causam vllam habuit, modò retineatur  
nauius sensus eorum, quæ ex Cyrillo addu-  
cta sunt. Neq; vel ego, vel quisquam aliis,  
Brutū ful. men Ham, Melanthonis discipulus (cur enim præce-  
ptoris optime meriti nos puderet?) Apolo-  
giam hanc improbat. Itaque brutum ful-  
men est, quod pro sua Hamelinia in me  
torquere conatur Linsensatus iste, hoc mo-  
do syllogizans. Philippus iam senex anno  
56. 57. comprobavit Apologiam. Ergo censuit  
omnes illos hæreticos, qui talem in tota Ecclesia ab  
initio suscep̄tam sententiam non approbant. At  
Pezelius hoc non facit. Ergo.

Nam conclusionem ἀντοκεῖται, Job iste,

ne quidem exprimere audet, sed pro ea, scur-  
tile hoc Epiphonema subiicit: *Cape tibi hoc:*  
*& sic damnaris a proprio praeceptore.*

Male atitem mecum ageretur, si me verba  
magis, quam tes ipsa purgaret ab hac teme-  
raria & falsa istius monstri accusatione, &  
calumnia. Lege, Aries, qua in argumen-  
tis Philippicis de toto negotio cœnæ Domi-  
nicæ à me scripta sunt: & argumentis, non  
conuitijs age, & toti Ecclesiæ iudicium per-  
mitte. Te vero fatis appetet, nunquam  
expendisse accurate statum causæ: nun-  
quam recte intellexisse Cyrilli aut Philippi  
sententiam: Et audes tamen personam iu-  
dicis tibi sumere, & scurrilibus conuitijs, &  
anathematismis, nullius erroris in hac cau-  
sa conuictos impetere, contra regulam à  
Christo traditam: *Nolite iudicare & non iudi-  
ceminis.* Das wird dem Hamelman (cur enim  
non ipssus verba ei reponam) im letzten Bügent  
vnd am Tage des Gerichts ein Donnerkeil  
in seinem Gewissen seyn.

Qui ut chartas plures expleat, pergit plu-  
ra ex Cyrillo loca adducere, ex lib. 10. su-  
per Ioh. 14. Nec videt miser, Cyrillum nihil  
prositus docere de corporali & substanciali in  
pane præsentia & sūptione corporis, sed de  
modo spiritualis manduc. & communiotis  
corporis Christi nobiscum, differere. De hac  
enim dicit, q̄ Christus in nobis sit participa-  
tione na-

naturali, qualis est etiam vitis & palmitū. Item:  
Quod communicatione corporis & s. I. si non solū  
ipse in nobis sit, sed nos etiam in ipso.

Quod si hæc Cyrilli sequentia verba ad  
corpus ipsum Christi referre velis: Rude atque  
terrestre hoc corpus nostrū cognato sibi gustu, tan-  
tum & cibo ad immortalitatem reducitur: Et rur-  
sus: Si solo tactu corrupta redintegrabantur, quo  
modo non vivemus, qui carnem iungam & gustamus  
& manducamus?

Item:

Qui Baptismū receperūt, à tactu & communione  
salutaris Christi corporis non prohibentur: Quis  
præter Hamelmanum non agnoscet, quām  
multa si t' secutura absurdā Theologica, si  
ad literam accipias? An enim corpus ipsum  
Christi sensu externo gustatur, tangitur, cer-  
nitur, ingeritur in os, conficitur dentibus,  
digeritur in ventriculo?

Quām multa sunt etiā, quæ ex sententijs à  
Philippo collectis recenset Hamelman, quæ  
fortiter iugulant opinionem impiam de car-  
nis Christi manducazione proprio sic dicta,  
qualem Hamelman defendit in impijs. vt su-

Vbi hic mā per 6. cap. Ioh. Quando carnem comedimus: tunc  
duc. corporis Christi in vitam in nobis habemus, illi coniuncti, quæ pitt  
impijs? effecta est, quod & alibi, ijsdem propè verbis  
à Cyrillo repetitur. Et quod paulo ante quo-  
que commemoratum est: Quomodo non vive-  
mus, qui carnem illā & gustamus & manducamus.

Item:

Item: Sanctū Christi corpus ad immortalitatem & vitam aeternam nutriendis cibus est. Item: Verus potus sanguis est Christi, quo radicitus mors evenitur atque destruitur. Item: Propterea corpus & membra Christi sumus, quia per hanc benedictionem mysterij ipsum filium Dei suscipimus. Item: Christus mensa est, in qua panes depositi sunt, in qua OMNES participatione corporis sui ad vitam aeternam aluntur. Item: Per mysticae benedictionis participationem, & viro verbo coniungimur. Item: Suo corpore credentes per communionem mystica benedicens, & secum & inter nos unum nos corpus efficit. pag. 93.

Hæc & similia, potestne Hamelman, pījs & impījs communia facere? aut si sine graui scelere id non potest, cui pro impījs tantopere pugnat, quasi plummēt corpus Christi manducent, quod non hominis alicuius nobis similiis & communis corpus, sed magis proprium vivificantis verbi corpus est?

O brutum Theologum verò, qui denuo nobis reponere audes, hæc Cyrilli verba: Gustamus Christi carnem & manducamus, non posse aliter intelligi, quam de oralī manducazione corporis Christi. Iliud ergo Psalmi quoque quod frequenter ad cœnam Domini accommodant Patres: Gustate & videte, quam suavis ē Dominus, ad orationē ipsius corporis manducationē transferes? Vbi autem familiare in præternaturale, supernaturale, insensibile, invisibile? Gustus iste non fit modo corporale, sed spiritali.

Vrges

Vrges etiam antithesin apud Cyrillum:  
 Non tantum spiritualiter, sed corporaliter & res  
 petis participationem naturalem, vnionem corpora-  
 ralem, &c. Sed fucum facis lectori: Quia cor-  
**Quid sit Cy-** poraliter & spiritualiter vniri Christo non  
 rillo, corp. significat Cyrillo, corporali & spirituali mo-  
 & spiritual. do vniri, sed, vt ipse se interpretatur, secun-  
 dn corporis & secundum spiritum Christo  
 vniri, siue cum corpore, & cum spiritu seu  
 diuinitate Christi vniri. Ut corporaliter sit  
 idem, quod corporetenus, siue quod ad cor-  
 pus attinet. Obiectum enim cui vnimut  
 (hoc est naturæ duæ in Christo) aliud cor-  
 porale, aliud spirituale est. Vnionis autem  
 modus utrobiusque spiritualis est, id est, non  
 membris corporis, seu organis sensuum, sed  
 operatione Sp. S. perficitur, qui nos cum  
 corpore Christi, & cum eius diuinitate copu-  
 lat & coniungit, vt inde succum vitæ æter-  
 nae trahamus, & transformemur in ean-  
 dem imaginem à claritate in claritatem.

pag. 91.

Extra controversiam est autem, quod  
 postremo loco alleges ex Cyrillo: Dedit no-  
 bis se ipsum in sanctum verè cibum. Sed noli  
 corrumpere natuam sententiani Cyrilli  
 oralitua mandatione, quam si propriè &  
 ad literam vis intelligi, quantum à Capet-  
 natis differs? quos acerrime reprehendit  
 Cyrillus, cuius te pro hac tua opinione, fru-  
 stra gloriaris, testimonia perspicua & clara  
 habere

habere: cum nullam tamen proferre potueris, neque deinceps proferre ullam vñquam possis.

## DE TESTIMONIIS GE- LASIJ, Bedæ, & Bertrami.

Suspectum reddere lectori conatur Hamel, quod non totum locum Gelasij transcriptum. Atqui dedita opera omisi illa, quæ ad disputationem contra Eutychen pertinet, vñpote ab instituto meo aliena. Interim Hamel, quod propriæ ad scopum libelli mei attinget, non citra fraudem manifestam ex Gelasij loco aufert hæc verba: *Certe imago & similitudo Corporis & Sanguinis Christi in altissime mysteriorum celebratur.*

Cū autem nescio quod aut quale præsidium causæ suæ in collatione personæ Christi & Eucharistiae querere Hamelman videatur, non modo in hoc loco Gelasij, sed aliquoties etiam supra, in similibus aliorum patrum locis: breuiter me hinc expediam, cùm in Tractatu meo de coena, plurib⁹ ea de re egestate. Hoc enim, nō aliud Gelasius, hoc Theodoretus, hoc Chrysostomus, hoc Augustinus, hoc Cyprianus, hoc Iustinus Martyr argumento, cōtra Marcionē, Valentinianos, Eutych. ducto, ab Eucharistia volūt. Symbolum *Imago non esset vera, neg. rei verè existentis*

M. repræ

pag. 2298

repræsentatio nisi haberet antitypum. At Eucharistia est typus & symbolum mysticum corporis & sanguinis Christi. Ergo sicut se habet Eucaria stia: Ita se habent corpus & sanguis Christi.

Manet autem substantia panis & vini in Eucaristia etiam facta consecratione seu mutatione sacramentali: Ergo multò magis in persona Christi manet veritas carnis, nec tollitur propter unionem personalem. Item:

Integrum sacramentū constat in legitimo usū ex signo, pane & vino, & re signata, id est, communione corporis & S. Christi. Ergo & mysteriorum principale, hoc est, unus & integer Christus ex duabus, quibus constat natura non mutatis permanet.

Consideret autem lector collationem hanc fieri in genere tantum, non in specie unionis. Est enim utrobique unio qua ex duabus rebus diuersis suo modo constituitur unum aliquid: sed in Christo unio est personalis: In sacramentis unio sacramentalis: unde non sequitur, copulatio substancialis panis & corporis Christi, quem Hambelman sibi imaginatur, quasi absolute & substancialiter unum fiant panis & corpus, sicut personaliter unum quiddam, id est, una persona sunt Logos & caro assumpta.

Quæ Ham. ex dist. 2. de conf. c. compérimus præterea citat, mirum est, non videre, non agnoscere cum sacramentaliter à

Gelasio

Gelasio dici: *Comperimus quod quidam sumpta Phras. Sacrae tantummodo SACRI Corporis PORTIONE à calice sacrati crux abstinat. Sufficiat vel vna hoc Augustini testimonium, de locutionis huius Sacramentalis genuino sensu. Nec quando manducamus, inquit August. partes de illo facimus, & quidem in Sacramento sic fit, & norunt fideles, quoniam modo manducetur corpus Christi: Vnusquisque accipit partem suam, unde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus in cœlo, totus in corde tuo.*

Vbi verò est oralis manducatio ipsius in eis corporis Christi in dicto Leonis, quod Ha- Ad Cler. & mel. citat: *Nec ab infantium linguis veritas Pop. Con corporis & S. Christi inter communis sacramenta stantin. fidei tacetur (scilicet contra Eutychianos) Quia in illa mystica distributione spiritualis alimonie hoc Contra oralis manduc. ipsius corporis. impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem illius qui caro nostra factus est transeamus.*

In Bedæ testimonio ex cap. 22. Lüc. quod citaueram post verba illa (pro carne & sanguine pag. 97: ne agni, sive carnis sanguinis, Sacramentum) Omittit Hamelman fraudulenter (in panis & vini figura substituit.)

Audet etiam gloriari, nihil hinc probari posse, quod sibi sit contrarium: cum hoc ipsum, quod Beda ait, *Novum pascha in redemptionis memoriam frequentari: Et Christum pro carne & S. agni sacramentum sive carnis &*

M. 2 sanguinis

Stolidæ gloriatio, Hamel.

*sanguinis in panis & vini figura substituisse, evi-*  
*denter refutet alleuationem Hamelman.*  
*( quod Panis propriè & simpliciter sit Corpus*  
*Christi.)*

Plane autem silentio præterit alterum  
 Bedæ dictum à me citatum: *Quia panis caro*  
*nem confirmat, vinum verò sanguinem operatur*  
*in carne: hic ad Christi corpus mysticè seu signia*  
*ficiat, illud referuntur ad sanguinem. Num &*  
*hoc sibi contrarium esse negabit?*

Dictum vero aliud, in quo est sacramen-  
 talis locutio recenset, ut lectori imponat,  
 quasidocuerit Beda, Oralem manducatio-  
 nem corporis propriè intellectam: In homil.  
 Sacramen-  
 tal. locutio. Epiph: *Corpus & sanguis illius, non in fidelium*  
*manibus ad perniciem ipsorum funditur & occidi-*  
*tur, sed fidelium ore sumitur in salutem. Sed &*  
*ex locis superioribus dicere poterat senten-*  
*tiam huius locutionis: & ex ijs dictis, quæ*  
*ipse contra se porro allegat. An enim quia*  
*Beda ex August. ait ( Christus Q V O D A M*  
*M O D O ferebatur in manibus suis, quando pa-*  
*nem benedictum porrexit discipulis) non taliis*  
*perspicue docet, panem non simpliciter*  
*Corpus Domini esse: Et quid cum orali*  
*manducaione Corp. & S propriè sic dicta,*  
*commune habet: quod ait nos humile Christi*  
*corpus comedere, ag gratulando eis nativitati, &*  
*sanguinem eius bibere, conformando nos eius passioni.*  
*vnum*

Num orali manducatione aggratulamur,  
num ore conformamur ei?

Quid verò dubij habet (super Num. 5.)  
Oblatio quae super altare offertur est corpus Christi in Ecclesia. Et quorsum iubet me Hamel.  
ex Beda probare, quod Corpus Christi non sit,  
non detur in Cœna Domini sumentibus? cum si  
hoc extra controversiam, modò ipse addita-  
menta sua non assuat: de præsentia corpo-  
rali in pane, & orali manducatione proprie-  
tate dicta,

Postulatio  
Hā. inepta

Postremo Bertramus, ut suspectum, sa- pag 97. 98.  
tis audacter sed immerito reiicit: Et ex eo Ham. Ber-  
tamen probare me iubet, quid corpus & san- tramū con-  
guis Christi non ore sumantur? At Trithemius tumeliosq;  
Bertramus hunc Presbyterum in divinis scrip- reiicit,  
pturis valde peritum fuisse ait, & inter cetera  
ingenij dona, clarum eloquio, nec minus vita, quam  
doctrina insignem. Melanthon Augustini stu-  
diosū fuisse inquit (¶) ferè illa aetas tota fuerit,  
Quam Bertramus etiam sequatur in responsione,  
quid sit de symbolo C. Dominicæ sentiendum. Sed  
& liber ipse authorem satis commendat. In  
quo tūm dicta scripturæ inter se conferen-  
do, tūm Augustini, Ambrosij, Hierony-  
mi, Fulgentij, Isidori testimonia citando,  
nihil noui, nihil alieni à fide Christiana, &  
veteris Ecclesiae consensu proferre se de-  
monstrat.

**Incogitania & insectitia Ham.** Ham. verò apparet, ne quidem scopum libri attentius considerasse. Fingit enim statum quæstionis fuisse, An verè corpus Christi, in cruce traditum, & sanguis effusus, aut non verè sed figuratè & typice in Cœna exhibeatur. Et posteriori opinioni Bertramū assensisse ait, sic tamē ut refutata Transubst. dicat manere panem & viam, verū cum ijs invisibiliter corpus & s. Christi distribui, quæ non ratione & sensibus, sed fide, percipiuntur. Sunt autem hæc contraria, quæ Bertramo tribuit Hamelman. Nam fide accipere corpus & s. Christi, est verè accipere, nisi forte verè accipi nihil putat, nisi quod ratione aut sensu accipitur: Quo Mandatio vel imaginaria, vel Capernaiticus eusus corporis Christi introducitur. Deinde non de obiecto communionis nostræ cum Christo disputat Bertramus (Non enim, inquit, pertinet in mysterio sacramenti corpus Domini vel s. ipsius non à fidelibus sumi, Quandoquidem fides non quod oculis videt, sed quod credit, accipit) Sed de locutione sacramentali in his verbis: Hoc est Corpus meum: Hic est sanguis meus, differit potissimum, Et panem (qui corpus) & calicem (qui sanguis Christi appellatur) docet figurā esse, quia mysterium: Mysterium enim, inquit, dicitur non potest, in quo nihil est abditum, nihil à corporalibus sensibus remotū, nihil aliquo velamine teatum. At ille panis, qui per sacerdotis ministerium, Christi corpus efficitur, aliud ostendit.

**Cōtradictio Ham.**

**Scopus di- sputat. Bert.**

**In Epilogo libri Bertra- gni.**

**Summa pri- mæ partis li- bri Bertrami.**

vini humanis sensibus ostendit, & aliud interius  
fidelium mentibus clamat. Exterius quidem panis  
quod ante fuerat forma prætenditur, color ostene-  
ditur, sapor accipitur. At interius longè aliud,  
multoq[ue] pretiosius, multoq[ue] excellentius intimatur,  
quia cœlestis, quia divinis, id est, Christi corpus  
ostenditur, quod non sensibus carnis, sed animi si-  
delis contuitu, vel aspicitur, vel accipitur, vel con-  
meditur. Vinum quoq[ue], quod sacerdotali consecra-  
tione Christi sanguinis efficitur Sacramentum, aliud  
superficietenus ostendit, aliud interius continet.  
Quid enim aliud in superficie, quam substantia  
vini conspicitur? Gusta, Vinum sapit: Odora, vinum  
redolet: Inspece, vinicolor intuetur. At interius  
si consideres, iam non liquor Vini, sed liquor san-  
guinis Christi credentiū mentibus, & sapit, dum  
gustatur, & agnoscitur dum conspicitur, & pro-  
batur, dum adoratur. Hæc ita esse, dum neve pos-  
test abnegare, claret, quia panis ille binumq[ue] i.e.  
GVRATE Christi corpus & Sanguis existit.

Hinc vero conficit Bertramus (id quod d  
ad alteram partem responsionis ipsius pertinet) Summa summa  
differentiam esse inter corpus quod per mystica cùdæ partie-  
riū existit, atq[ue] ore fidelium in Ecclesia sumitur: libri Bertrami  
& corpus quod passum est, & sepultum, & resura-  
rexit, & ad dextram Patris sedet. Hoc enim  
proprium Salvatoris Corpus existere ait, cuius  
visionem credentes desiderent, quoniam ipsum est  
caput nostrum, & in ipso viso satiabitur desiderium  
nostrum.

*At in illo, quod per mysterium geritur ( id est, panis, qui corpus Christi est sacramentaliter ) si gura est, non solum proprij corporis Christi, verum etiam credentis in Christum populi, utriusq; namq; corporis, id est, & Christi quod passum est & resurexerit, & populi in Christo per Baptismum renatis, atq; de mortuis vivificati figuram gestat.*

*Addamus etiam, inquit, quod iste panis & car-  
lifix, qui corpus & sanguis Christi nominatur, memoriā repreäsentat Dominicā passionis suae mortis,  
ut quod gestum est in praeterito, praesenti reuocet  
memoriae. ( Quomodo ergo panis iste substantia  
liter est Corpus ipsum, quod est passum & mor-  
tuum ?*

*Quis non videt, quād procul à scopo  
Bertram. di- libelli Bertrami Hamel. aberret? Qui si te-  
ctū contra stimonium illius requirit contra orationē man-  
Oral. man- ductionem Corporis Christi proprieticē dic-  
duc. eti, age vel vnum hoc audiat & legat: Num,  
inquit Bertramus, Panis iste, secundum hoc, quod  
videtur, quod corporaliter sumitur, quod dente  
premitur, quod fauce glutitur, quod receptaculo  
ventris suscipitur ( Audis definitionem oralis  
manducationis ) aeternae vitæ substantiam sube-  
ministrat? Isto namq; modo carnem pascit moria-  
turam, nec aliquam subministrat incorruptionem,  
( ubi ergo Hamelman. paradoxon tuum?  
quo pugnas, Corpus ipsum Christi oraliter  
comestum, esse causam resurrectionis cor-  
porum nostrorum.) Neg, dici verè potest, nō  
quicunq;*

quicunq; bunc manducaverit, non moriatur in æternum. Et hoc enim quod sumit corpus, corruptibile est, nec ipsi corpori potest præstare, ne moriatur in æternum, quoniam quod corruptioni subiacet, æternitatem præstare non valet. Est ergo in illo pane (mysticè nimirum) vita quae non oculis apparet corporis, sed fidei contuetur aspectu. Qui etiam panis vivus, qui descendit de cœlo, existit, & de quo verè dicitur: Quicunq; bunc manducaverit, non morietur in æternum, & qui est Corpus Domini (videlicet propriè sic dicendum.)

Hæc copiosè explicat Bertramus, non ex sua, sed Ambrosij authoritate, cuius hæc verba sunt: Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitae aeternæ, qui animæ nostræ substantiam subministrat.

### DE DICTIS PA- schasij.

Vt autem Bertrami librum, aut non legit Ham. aut non intellexit: Sic multò minus Paschasi mentē assiccatus est, ex quo citat hæc verba: Quoties bibis bunc calicē, aut mā- Ham. Pa- schasij men- ducas bunc panē, non aliud sanguinē Putes bibere, tem prorsus quām qui pro te effusus est, & corp° quod pependit non intelli- in cruce. Quali verò cum Bertrami ien- git. tentia hæc pugnant? ac non potius Paschasi, liber totus idē cū Bertramo doceat: videlicet pag. 28. foris,

foris, exterius, ſenu ipſo bibi ex calice, & oomedi panem, qui non ſit ſubſtantialiter ſanguis & coru pbus Chriſti, ſed buius ſacramentū ſeu myſterium. Interius verò fide percipi iplum corpu pro nobis paſſum, iplum ſanguinem pro nobis effuſum. Nam qui Paſchalium diligenter & atten- tē legerunt, ij hanc perpetuam ſententi- am eſſe agnoſcent: *Quod omnia, quae in myſte- rijs fiunt & peraguntur, aut exteri⁹ aut interi⁹ fiunt.* Exterius que fiunt, viſibiliter, carnaliter, coru poreo viſu & guſtu: Iſta autem que interi⁹ fiunt, intelligibiliter, ſpiritualiter, palato mentis, & guſtu fidei ab homine interiori percipi.

## DE DICTIS BERN- hardi.

Bernhardi loca à me allegata omittit Hā. Simulat tantūm obiter, ſibi contrarias non eſſe Bernh. ſen- ſimilitudines inde prolatas de natura ſacramentorum ncia prorsus rum, quam exemplo annuli & investituræ Bernh. ouerit ima-declarat. Curigitur ſomnium retines Ha- ginationes melmane de ſubſtantiali inexistencia corpo- Ham. ris in pane? An enim hæreditas ſubſtantia- liter eſt in annulo? Quo ſimili expreſſè uti- tur Bernh. Quomodo autem cum Paradoxo ſuo (quod corpus Chriſti propriè loquendo manu ministri detur) conciliabit Ham. hæc verba, quæ ipſe ex Bernhardo citat. ferm. de Cœna Domini. Nota quod Chriſtus in cœna illa muſe  
7473

trans & munus, cibans & cibus, conviva & cons. **Contra opia**  
 viviu, offerens & oblatio est. In quam sen- **nionē Ham.**  
 tentiam & Paschalius dixit cap. 18. **Quis car-**  
 nem ipsius & S. nisi AB EO iure accipit **CVIVS** **quod mini-**  
 est caro? Et ideo alius accipit mysterium ad iudiciu **stri ipsum**  
 damnationis, alius virtutem mysterij ad salutem, **corpus C.**  
**Quia qui sine pœnitētia & correctionis venia au-** **propriè lo-**  
 fus est temerare mysteria, iudiciu excipit, **Diam co-** **quendo ma-**  
 gitat, nihil amplius quæ videtur, nec in- **nu sua ten-**  
 telligit miser, quod nunquam caro Christi nisi de  
 manu eius & sublimi ara, ubi Christus Pontifex  
 futurorū honorū assistit, iure accipitur (alioqui  
 enim nec caro nec sanguis est, sed iudicium quod  
 percipitur. **Quia** sine donante nullū malè præsus  
 mentib<sup>o</sup> donū ex Deo præstatur.) **ant.**

Sacramentaliter autem à Bernhardo dicta  
 sunt quæ Ham. addit. **Ad mensam altaris fre-** **Sacram. lo-**  
 quētins accedunt, ut pote Deū suū **MANV & ORE** **cutio,**  
 contrectaturi. Interea dilectimen signi & rei  
 signatæ clare monstrant hæc Bernh. verba  
 Quod videmus (atque ita etiam quod ore comedimus)  
 species panis est & vini, quod autem sub  
 speciebus illis (id est, pane & vino, tanquam signis  
 mysticis) credimus: verum corpus est, & verus s.  
 quod pependit in cruce & qui ex latere ei<sup>o</sup> fluxit.  
 Hic adde Hamel. quod est in syngram-  
 mate sueuico: *Ventrem quod terimus: mentem*  
*quod credimus intrat.* Propria autem locutio  
 est ista, quam rursus ex Bernhardo citas:  
*Sanctò in mensa una, de uno pane consecrato, Petrus*

& Iudas accepit, bonus in vitam, pessimas in pe-  
nam, Bonus in salutē, pessimas in mortem. Q[uod] ad  
totum adhuc in Ecclesia completur in Sacramento  
altaris: Bonis quidem in bonum sacramentibus: Ca-  
ribus vero & immundis non sic.

**Quæstiones  
Hamel. ambi-  
guæ.**

Quām belle autem me iubet Hamel. pro-  
bare, Bernhardum dicere, Christi corpus non esse,  
non sumi in C. D. non ore sumi? An enim non  
satis responsum est, ad ambiguas istas quæ-  
stiones, cum in ipso libello meo allegau-  
t ex Bernb. Datur annulus ad investiendum de baa-  
reditate aliqua, & signum est, ita ut iam dicere  
possit qui accepit, Annulus non balet quisquam, sed  
haereditas est, quam quaerebam. IN H[ab]E N[on]C  
itaq[ue] modum appropinquans passioni Dominus, de  
gratia sua ( id est , communione sui Corporis &  
omnium beneficiorum suorum ) investire curavit  
suos: ut INVISIBILIS gratia SIGNO aliquo  
praefaretur &c. Est igitur in cœna Corpus  
Christi & sumitur in sacramento: Sed ut  
aliter annulus, aliter haereditas. ( Nam ille  
manu sumitur, hæc animo præhenditur )  
Sic aliter sacramentum externum, manu &  
ore Corporis, aliter res sacramenti, ore &  
manu cordis seu animi, id est fide.

### AD CONCLUSIONEM Hamelmaniacam.

Non audet Hamelman. ipsa Epilogi mei  
verba

Verba recitare integre, in quibus Phil. Mel. locum ex Epistola ad Ioh. Brentiū recensui: Ham. omittit fraudulenter, & apertissime sibi aduersari videntur. Video multa veterum scriptorum testimonia esse, quae ABSQVE VLLA ambiguitate verborum mysterium Cane Dominiacā r̄gōtikā seu sacramentaliter explicant: Contrariae sententiae aut recentioris sunt etatis, aut spuria. Considerandum est igitur, an antiqua sententia defendatur. Vebementer autem opto, piam Synodum de hac controversia iudicium facere sine sophistica, & sine tyrannide. Et ruris. Tantum teoro, ut de hac re nibil tenerè statuas, sed deliberes etiam cum veteri Ecclesia.

Addidi verò & loca quædam eiusdem Phil. Melanth, ex Epist. ad D. Alb. Hard. qui in Ecclesia Metropolitana Bremensi fideliiter olim docuit, etiā in exilium postea gius. D. Albert. Hardenber. ire iussus est, non Archiepiscopi, non Capituli, non ciuium Bremenium confilio & voluntate: sed aduersariorum quorundam suorum, qui tūm in ministerio Ecclesiae & Senatu erant, iniusta postulatione ad Ordines Sax. inferioris, qui citta infamiam personę, & condemnationem causę, Hardenbergium ad sedandos saltē tumultus aduersariorum secedere ex urbe iusserunt.

Quē postea illustris Comes Christophorus Oldenburgenis benignissime secum habuit, donec in Phrisiam vocatus, Emb.

disce

Responsio ad conclusionem  
da, vbi aliquot annos docuerat, piè sancte q;  
mortuus est.

Ad hunc ergo D. Hardenbergium à me  
in postremo Epilogo allegatarum D. Phi-  
lippi Epistolarum occasione, τρέφει, id  
est, non causam iustum, sed prætextum ar-  
**Cōpellatio**  
Ham. ad Ar-  
chiepiscopū  
& Capitulū  
Bremens.  
ripit Hamelmanus peculiariter compellandi Re-  
verendiss. ac Illustriss. principem D. Ioh. Adolph.  
Archiepiscopū Bremens. Ducem Holstiae &c. &  
summi templi in Ecclesia cathedrali Collegiū. Idq;  
eum in modum facit, ut fraudulenter, &  
conscientia mala omittat loca ipsa D. Phi-  
lippi, quæ facile apparet sudem fuisse in ipsi-  
us oculis.

Sic enim D. Philipp. De cena Domini Ma-  
NIFESTA est antiquitatis sententia: Utinam in  
rei tantæ explicatione dexteritas in iudicandis ve-  
terum sententijs potius adbibita esset, quam con-  
tentio asperitas.

Item:

Quām dis-  
mīle iudiciū  
est Melanth.  
de patrū sen-  
tentia, quām  
inepti & sto-  
lidi Ham.  
Vellem te COLLEGIO vestro exhibere non  
disputationem, sed tantum collectionem veterum  
Testimoniorum Augustini, Ambrosij, Prospcri,  
Tertulliani: Et Graecorum, Theodoreti, Macarij,  
Basilij, Nazianzeni, Dionysij, Origenis, Cle-  
mentis. Ex his ostendas, Papisticū dogma (de præ-  
sentia corporali & manducatione Oraли ipsiusmet  
corporis Christi propriè loquendo) novū esse. Non  
fuit autem novū dogma in verbendum in Ecclesiam  
& nova adoratio instituenda. Hæc testimoniorū  
com-

commemoratio plus prodest argumentis. Testimonia quæ illi pro & seipso citant, nova sunt.

Item :

Non crucior dubitatione : cùm antiquitatis sententia sit manifesta: Sed dolore ingenti excrucior, quod multi tantum ex consuetudine iudicant, nec inquirunt quid vetus Ecclesia senserit. Sed nostra testimonia, & sparsa mirabilibus imposturis arripunt. Hæc ergo, quid causæ fuit, cur omitteres Hamelmane? scilicet, ut huic veriss. constantissimæq; ascensioni D. Philippi, quam occultasti, supponeres futiliss. tuam vanissimamq; iactantiam, qua, si tuus liber (At qualis? indicent, qui nostra cum tuis Vanissimæ conferre volent) legatur, Thrasonicè affiras Re= iactantia verendiss Archiepiscopum, & Capitulares Ecclesiæ Ham. Metropol. Brem. visuros esse, quam falso, quam fraudulenter patres citaverim: qui omnes tecum sentiant, tuam doctrinam defendant.

Et quasi dissensus prioribus tuis miscellanijs, de novo attexis dicta quædam LEONIS & GREGORII, quæ cùm sacramentali locutione constent, tu inepte & contra mentem horum scriptorum, proprie & simpliciter vis accipi. Ut cùm Leo serm. 6. de Ieiun. scribit: *Hoc ore sumitur, quod fide creditur,* id est, Fide creditur sacramentum esse veri corporis Christi: Vnde contra Manicheos & Eutychianos sequitur, Christum retinere verum corpus. Id ergo non imaginarij, non ficti-

De dicto  
Leonis: *Hoc  
ore sumitur,  
quod fide  
creditur.*

fictitij, sed veri & naturalis corporis Sacramentum (quod tale esse fide creditur ab ijs, qui Eutychiani non sunt) ore sumitur. Hanc sententiam esse Leonis, totus contextus ostendit, & hæc quæ Ham. ipse contra se allegat: Sic sacrae mensæ communicare debetis, ut nihil prorsus de veritate corporis Dominie sanguinis ambigatis. Et mox: Frustra ab illis Amen respondeatur, à quibus contra id, quod accipitur, disputatur.

Item Sermon. 4. Quadragesima. Manichæi ora indigno Corpus CHRISTI suscipiunt, Sanginem autem redēptionis nostræ baurire omnia ad declinant: Videlicet morem illorum, arguens, qui distractionem symbolorum facientes, pane Euchar. vtebantur, calicem aspernabantur.

Gregorij etiam dicta, non alium requirunt, præter ipsum, interpretem. Quod enim lib. 4. Dialog. cap. 48. inquit: *Eius Carnem ibi sumi, cuius sanguis iam non in membris infidelium, sed in ora fidelium fundatur: Et non solum ore corporis, sed etiam ore cordis bauriri sanguinem Christi:* Id ipse his verbis perspicue exponit: *Quando sacramentum passionis eius ore ad redēptionem sumitur: Et in Sacramento Dominicum Corpus modò sumimus.* Nō verò aliter Sanguis CHRISTI in ora funditur, quam caro eius in partes diuiditur.

Itaq;

Itaque cùm Sacramentaliter hoc intelli-  
gi necesse sit, cur illud etiam non de sacra-  
mēto sanguinis intelligatur? Coniungit au-  
tem hæc duo Gregorius: *Quid prodest cora  
pus & sanguis illius, ore percipere, & ei pvera  
sis moribus contraire?* Ita eius corpus ibi sumis-  
tur, eius caro in populi salutem, PARTITVR,  
eius sanguis, in ora fidelium funditur. Sic in  
hom. 22. in Euang. *Quid namq; sit sanguis  
agni, iam non audiendo, sed bibendo didicistiſſi (in  
vſu Eucharistiæ, in quo, vt ſignum & res ſi-  
gnata differunt, ſic ſuo vtrumq; modo per-  
cipitur: Idque ſequentia verba de vtroque  
poſte oſtendunt) Qui ſanguis ſuper vtrumq; poſ-  
ſem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed &  
ore cordis hauritur.*

### DE DICTIS LAN- franci.

Sed & Lanfrancum citat Hamelman de-  
fensorem dogmatis de Transubſtantiatione,  
& egregij illius decreti in Revocatione Be-  
rengarij authorem: in quo dicitur, Corpus  
& ſanguis Christi ſensualiter, non ſolum in ſac-  
ramento, ſed in veritate, manibus ſacerdotum  
tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri.  
Hæc ſi probas Hamelmane, ad literam  
intellecta, videne ſecundam glossam Iuris  
N Can.

Can. in hæresin multò peiorē incidas, quām  
Berengarij fuit.

Lanfranco addit Rupertum Tuitensem  
Abbatem, qui circa annum 1114. clarissime  
scribitur, postquam invaluerat dogma Pon-  
tificium de mutatione substantiali symbo-  
lorum Eucharistiae.

**pag. 101.**

Anathema-  
tismus Ham.

Non de ver-  
bis seu locu-  
tionibus sed  
de sensu lo-  
cationum  
quæritur.

Retorsio in  
Ham.

Quid verò ex his Hamelmanus infert?  
*Quando ergo ita sint Orthodoxi Catholice Ecclesiae & eruditæ antiquitatis patres locuti: Nonne ergo sequitur, quotquot reclamant, sint hæretici, & pro hæreticis habendi?* O conclusionem fortè, vel propter geminatum illud, Ergo, Ergo. Verum non in verbis, sed in sensu est hæresis: Vide ergo Hamelmane, ne in foueam incidas, quam fodere alijs co-  
narinis.

Quid sentiant secundum scripturæ sa-  
cræ analogiam, Orthodoxi Catholice Ec-  
clesiae atque eruditæ antiquitatis patres, non  
extua, sed ex illorum interpretatione dis-  
cendunt, cùm quisque optimus litterarum  
suum suorum interpres. A sententia ve-  
rò Orthodoxa, quam euidentissimè demon-  
strat vñanimis consensus doctrinæ veteris,  
& collatio dictorum, & series disputatio-  
nis in scriptis Patrum, cùm tu s' q' d' & p' ab op' discedas Hamelmane, vide, ne, si prætextu  
patrum

patrum pertinaciter errorem tuum tuearis,  
illi ipsi te, ut hæreticum condemnent.

De me vero quod postulas, ut Reverendiss.  
 & Illustriss. Archiepiscopus Bremensis me tan- Hamelman.  
 quam hæreticum ex Ecclesia Bremensi ejiciat: instar Cai-  
 Spero equidem principem optimum altera phæ alterius  
 mihi aurem integrum seruaturum esse, & crudele in sœum ac  
 quod Paulo (de quo clamabant Iudei Att. 21. me decre-  
 & 22. Tolle hunc de terra: Non enim fas est vi- tum statuit:  
 vere talem) Romanus Magistratus, quantum cui Psalmo  
 Ethnicus præstitit, ut & potestatem ei face- illud oppo-  
 ret dicendi ad populum: & causam eius co- rium impio-  
 gnosceret vocatis aduersarijs: Idem multo rum penbit.  
 magis, Christianū principē, Ecclesiae Christi  
 sti præsulem, confido facturum esse, ut le-  
 gitimis medijs, de me, causaque ista publi-  
 ca cognitionem institui sinat.

Eandem æquitatem moderationemque  
 mihi polliceor, de Reuerendo Collegio seu  
 Capitulo, cuius manus auxiliares Ham. re-  
 quirit, in me, ut ait, tanquam lupo de grege piorum  
 arcendo, & cobibendis hircis mibi adhærentibus,  
 quos neq; ulla ex parte conuicit ullius erro-  
 ris aut hæreleos: neq; colloquium nostrum  
 expetiuit vñquam, ut Iodocum Glaneum  
 (quem vt sui similem hic laudat) publice  
 cōstat à Senatu Reipub. Brem. (cui ut magi-  
 strati suo legitimo ille obedientiam in re  
 tam

tam pia & sancta debebat ) toties iussum , vt  
 mecum & cum D. Widebramo p. m. collo-  
 queretur , & quidem sine ullo causæ suæ præ-  
 judicio : pess. tamen conscientia disputatio-  
 nem omnem de controuersijs ab ipso contra  
 ministerium Bremense motis detrectasse  
 penitus : nec desississe tamen schisma à se exci-  
 tatum , alere , fouere , augere , adeo ut pere-  
 grino etiam pastore ad Baptismum infantu-  
 lo suo administrandū , in ædes priuatas euo-  
 cato , cum se totum à ministerio reliquo te-  
 iungeret , atq; ab Ecclesia publica separaret  
 ipse , causam necessariam præbuerit Magi-  
 stratui remouendi eum à statione pristina .  
 De quo iampridem historica extat commi-  
 motatio à Senatu amplissimo huius Reipub.  
 perscripta , quām non sum veritus , etiā meę  
 contra Hamelm. Responsioni Germanicæ  
 ante annos decem mihi atrocibus iniurijs ab  
 eo extorta inserere : ad quem ne γρ̄ quidē  
 respondit vel Glaneus vel Patronus eius Ha-  
 melman.

Qui sub finem h̄c ius scripti sui ex senten-  
 tijs Patrum à Melanthone olim collectis lo-  
 ca quædam iterum allegat , sed quæ contra  
 me nihil faciunt : nullum est enim authenti-  
 cum testimonium in eo libello , quod in ge-  
 nūno

nuino sensu non amplectar; Et corpus Christi adesse in cœna, quod ad Koinoniam cum fidelibus, neque negavi vñquam, nec deinceps, Deo iuuante negabo: Panem etiam & vinum Eucharistici ( quæ non substantia-liter, sed sacramentaliter corpus & sanguine Christi esse profiteor) non ut Ham calumniatur, simpliciter absentis, sed quo ad communionē verè nobis præsentis corporis symbola esse agnosco.

De cæteris vero, quæcunque ex Epilogo sententiarum Philippi citat Hamelmanus iampridem publicè respondi, in octaua parte argumentorum Philippicorum, quæ si legit Hamelman, cur non refutat? Sin refutare non potest, cur sycophanticè laci-nias hinc inde artipit, easque sinistre detorquet contra Melanthonis natuam sententiam, in qua ad extremum acquieuit?


Quia vero perpetuò inculcat Hamelman, Thialonitmos istos suos ( Ea quæ contrame in libro suo protulerit, luce meridiana esse clariora, & ex ijs iudicium fieri postulat, de causæ sue bo-nitate, & mes, quam vocat hæresi ( ut quidem & Paulo Aëtor. 28. obijciebatur Christianorum hæ-resis.) rogo lectorem cuiuscunque ordinis, vt quid Hamelmaniacæ iactantiæ tribuen-dum sit, ex collatione singularum par-tium


rum meæ responsionis cognoscere ne gra-  
uetur.

Filiū Dei autem ořo , vt veritatem  
suam à tenebris errorum vindicet, & amo-  
rem veritatis & pacis largiatur seriō  
ipsum quærentibus.

A M E N.







r nsempre  
n oper tur  
mDer eun  
reh ihm  
atai quite  
n tregnat  
tidi. **P**er  
dieulor a  
itanum **H**  
num. **E**t  
os **H**gn  
nca mun  
ir. **A**gn  
**I**cata  
8: **H**g 5257-  
ws nec - 61

dam pparatio salut

Amē.

**D**ñe ihu xp̄e fili  
uum qui ex u  
tate patris coopera  
sp̄u sancto per mor  
tuam mundum ui  
casti. libera me que  
per hoc sacrosanctur  
corpus et sanguinem  
uum a cunctis iniuriet  
ibz meis. et ab uniu  
malis. et fac me tui  
semper obedire inau  
na et numis. mecum

